Butyrum insulsum artificiosum.

Unguentum simplex ad unguenta ophthalmica *(Medicamentum)*.

Rp. Olei Cacao *P.* 2
[1] — Amygdalarum 3.

Colliquatae et ab igne remotae agitentur, donec refrixerint.

Nota. Hieme Olei Amygdalarum *P.* 4 adhibendae sunt.

Rp. Olei Cacao *P.* 1
[2] Adipis suilli *P.* 4
(hieme *P.* 5).

Colliquatae etc.

Butyrum insulsum vaccinum.

Butyrum e lactis cremore separatum, potissimum recens, balneo aquae liquetur et seponatur, donec sordes fundum petierint. Liquor limpidus per pannum linteum coletur et dein aqua tepida abluatur, donec omne sal separatum sit.

Butyrum saturninum.

Bleibutter.

Rp. Aceti plumbici
Olei Provincialis aa *P.*

Misce conquassando.

Cadmio-Kalium jodatum solutum.

(Reagens.)

Rp. Kalii jodati *P.* 10
Aquae destillatae *P.* 30.

In cucurbita vitrea calefactis immitte
Cadmii jodati *P.* 9
et digere, donec liquor limpidus evaserit.

Cadmium bromatum.

$CdBr_2+4H_2O=344$—$CdBr+4HO=172$.

Paretur aequali modo quo Cadmium jodatum, nisi quod aut Cadmii *P.* 2, Bromi *P.* 3 et Aq. destill. *P.* 12, aut Kalii bromati *P.* 20, Cadmii sulfurici cryst. *P.* 22 et Aquae destill. *P.* 45 sumantur.

Cadmium jodatum.

$CdJ_2=366$ — $CdJ=183$.

Rp. Cadmii *P.* 1
[1] Jodi puri *P.* 2
Aquae destill. *P.* 10.

In cucurbitam vitream immissae stent per aliquod tempus et interdum agitentur, donec liquor decolor appareat, Liquorem filtratum evaporando et seponendo loco frigido in crystalla redige, quae calorem evitando siccentur.

Rp. Kalii jodati *P.* 20
[2] Cadmii sulfurici *P.* 15
Aquae destillatae *P.* 40.

Salia pura contrita una cum Aqua in patinam porcellaneam immissa leni calore ad siccum redigantur. Residuum contritum ope Spiritus Vini absoluti digerendo extrahatur, et solutio alcoholica l. a. in crystalla cogatur.

Cadmium sulfuricum.

Sulfas cadmicus.

$CdSO_4+3H_2O=262$ — $CdO,SO^3+3HO=131$.

Rp. Cadmii venalis q. v.
[1] Affunde paulatim eam quantitatem liquoris parati ex
Acidi nitrici *P.* 1
Acidi hydrochlorici *P.* 3
Aquae destill. *P.* 5
donec adjuvante leni calore solutio perfecta fuerit. Liquori obtento filtrato instilla
Natrum carbonicum
in aqua solutum, quamdiu inde praecipitatum perficitur, quod collectum et aqua elotum solvatur
Acidi sulfurici diluti
quantitate sufficiente, ut Acidum perfecte saturatum sit et paululum praevaleat. Liquor evaporando et seponendo in crystalla redigatur.

Rp. Acidi nitrici puri *P.* 5.
[2] In cucurbitam immissis sensim adde
Cadmii in frustulis
quantum (circiter *P.* 1) calore adjuvante solvitur. Solutioni (si opus fuerit filtratae) immissae in patinam porcellaneam adde
Acidi sulfurici conc. puri *P.* 1,
et calore balnei arenae ad perfectam siccitatem redige, cavendo, ne aestus sub finem usque ad ignitionem salis residui augeatur.

Residuum solve
Aquae destill. calidae *P.* 2,
si necessarium est, filtra et evaporando

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0127-2
DFG

seponendoque in crystalla redige, quae desiccata in vitris occlusis serva.

Nota. Cadmii *P.* 10 ad solutionem adbibitae requirunt *P.* 9 Acidi sulfurici rectificati concentrati.

Dosis: 0,005—0,01. Ad inject. 0,1—0,2 : 150,0—250,0 aq. Ad collyr. 0,1 : 5,0—10,0—15,0 aq. Ad unguina 0,1 : 5,0—10,0 adip.

Caementum dentarium.

Caementum Parisiense s. Explementum dentarium. *Zahnkitt.*

Rp. Vitri albi pulv. laevigati *P.* 1
Zinci oxydati rec. usti *P.* 3.

Misceantur et in lagenulis vitreis obturatis serventur. Ad usum commisceatur

hic pulvis

cum quantitate sufficiente liquoris commiscendo parati e

Boracis pulv. *P.* 1 et
Aquae fervidae *P.* 2
Solutionis Zinci chlorati concentratissimae aquosae *P.* 50,

ut fiat massa caementaria, quae statim adhibeatur.

Caementum ad dentes Bernothii.

Rp. Mastiches subt. pulv. *P.* 100
Aetheris *P.* 40
Spiritus Vini absoluti *P.* 10
Aluminis plumosi ad pulverem subtiliorem terendo redacti q. s.

M. fiat massa mollis depsiticia, quae ponderis Grammat. 8 in ollis, in quas singulas mixtura e Spiritus alcoholici camphorati Gramm. 2 et Olei Caryophyllorum Gutta 1 parata data est, dispensetur.

Mastix dentaria.

Lutum cum lentisco.

Odontoïde de Billard. Mastic dentaire.

Rp. Mastiches contusae *P.* 1
Aetheris *P.* 2.

Stent vase clauso per unam hebdomadem et saepius agitentur, tum liquor limpidus in lagenulas minores defundatur. Gossypium hoc liquore irregatum cavo dentis imprimitur.

Ph. Gall. Mastiches 20,0 et Aetheris vel Chloroformii 10,0.

Ciment oblitérique de Taveau.

Eadem mastix dentaria cum Bolo alba mixta adhibetur.

Caementum dentarium benzoïnatum.

Lutum cum Benzoin.

Rp. Benzoës in lacrymis 20,0
Aetheris 10,0.

Solve. *Ph. Gall.*

Caementum dentarium Gaugeri.

Rp. Mastiches pulv. *P.* 2
Balsami Tolutani *P.* 9.

Colliquatis admisce

Spiritus V. alcoholisati *P.* 4

vel eam quantitatem, ut massa refrigerata sit depsiticia.

Caementum ad dentes Ostermaieri.

Rp. Calcariae ustae pulv. *P.* 7
Acidi phosphorici glacialis *P.* 6.

M. ut fiat pulvis. Semper ad usum recens paretur. In dentis cavum exsiccatum imprimitur.

Caementum ad dentes Suersenii.

Rp. Zinci oxydati q. v.
Solutionis Zinci chlorati concentratae q. s.

Misce leni calore adjuvante, ut fiat massa depsiticia, quae addendo paulum Ochrae, Ferri oxydati, vel Mangani oxydati tincta recens adhibeatur.

Caementum ad dentes Touravii.

Rp. Aluminae sulfuricae basicae siccae q. v.
Solutionis Mastiches aethereae q. s.

M. f. massa depsiticia.

Caementum odontalgicum.

Schmerzstillender Zahnkitt.

Rp. Guttae Perchae *P.* 240.

Calore balnei vaporis mollitis admisceantur.

Catechu subt. pulv.
Acidi tannici $\widehat{aa}$ *P.* 30
Olei Caryophyllorum
Opii $\widehat{aa}$ *P.* 5.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0128-8

Haec massa mollita in cavitatem dentis imprimatur. Cf. etiam Ceratum odontalgicum.

Metalla temperata ad plumbaturam dentium exesorum.

Massen zu Zahnplomben.

Rp. Stanni *P.* 62
Argenti *P.* 38.

Utrumque metallum zinco praecipitatum sit. In vas vitreum cylindricum ingerantur, tum addantur

Hydrargyri *P.* circiter 50,

ut inter calefaciendum amalgama efficiatur, quod exprimendo inter alutam (*sämischgares Leder*) ab Hydrargyro superfluo liberetur.

Amalgama cupricum.

Rp. Cupri sulfurici *P.* 9
[1] Hydrargyri *P.* 7
Ferri pulverati *P.* 2.

In mortario lapideo ad circiter 70° calefacto aquam calidam inspergendo assidue conterantur, et interdum per horam unam calore notato seponantur, donec massa satis solida effecta fuerit.

Rp. Cupri zinco praecipitati *P.* 30
[2] Hydrargyri *P.* 70.

Leni calore in amalgama redigantur.

Calami scriptorii

ad scribendum in vitro.

Stilli ad signanda Vasa vitrea.

Schreibstifte für Glas.

Rp. Acidi stearinici *P.* 4
Sebi ovilli *P.* 3
Cerae *P.* 2.

Colliquatis admisce

Minii *P.* 6
Kali carbonici dep. *P.* 1

antea optime contritas. Tum sepone loco calido per horam unam, saepius agita, postremo massam effunde in tubos vitreos vel in fistulas arundinaceas.

Calcaria acetica.

Acetas calcicus.

Calcium aceticum.

$(C_2H_3O_2)_2Ca + 2H_2O = 194$ —
$CaO, C^4H^3O^3 + 2HO = 97$.

Rp. Acidi acetic. diluti (pd. sp. 1,041) 200,0.

In cucurbitam vitream ingestis et ad 50—60° C. calefactis paulatim adde

Calcariae carbonicae 51,0 vel q. s.

donec neutralisatio effecta fuerit. Liquorem calori balnei aquae expositum filtra et evaporando concentratum ad crystallisationem sepone.

Sint crystallula acicularia nitentia, in aëre fatiscentia, in aqua facile, in spiritu difficile solubilia. *Usus:* Externum, Plumbum aceticum et subaceticum compensans.

Calcaria benzoïca.

Benzoas Calcii s. calcicus.

$Ca(C_7H_5O_2)_2 + 4H_2O = 354$ —
$CaO, C^{14}H^5O^3 + 4HO = 177$.

Rp. Calcariae ustae 20,0.

Affunde

Aquae fervidae 25,0.

Post calcariae exstinctionem affunde

Aquae dest. fervidae 900,0

et inter agitationem paulatim adde

Acidi benzoïci cryst. 87,0 vel q. s.

ad perfectam neutralisationem, interea liquorem calefaciendo. Liquor fere fervidus filtretur et filtrum chartaceum aqua calida eluatur. Tum liquorem evaporando calore modico ad volumen dimidium redactum ad crystallisationem sepone. Liquor a crystallulis defusus evaporando seponendoque denuo ad crystallisationem perficiatur. Crystallula supra chartam bibulam dispansa loco tepido (30° C. non superante) sicca cum cura, ne aqua crystallina evaporet.

Crystallula alba in aquae frigidae partibus viginti solubilia sunt. Effic. circiter 120,0 g. Ad vulnera desinficienda.

Calcaria carbonica

pura.

Calcaria carbonica praecipitata.
Calcium carbonicum praec. Carbonas Calcii praec.

$CaCO_3 = 100 - CaO, CO^2 = 50$.

Paretur e

Calcii chlorati puri *P.* 7
Ammonii carbonici *P.* 5—6
Liquoris Ammonii caust. *P.* 5

aequali modo atque Baryta carbonica.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0129-6 DFG

Rp. Marmoris albi pulverati vel Cretae albae praeparatae *P.* 20.

Paullatim immittantur in mixturam ex

Acidi hydrochlorici puri, pd. sp. 1,123, et

Aquae destillatae āā *P.* 55

paratam. Effervescentia finita inter agitationem addantur

Calcariae chloratae

Calcariae hydratae āā *P.* 1

vel ea copia Calcariae chloratae, ut liquor per horas duas digestus, tum filtratus ferro plane liber inveniatur. Tum filtra.

Liquori filtrato adhuc calido instilletur liquor calidus, paratus e

Natrii carbonici cryst. *P.* 56

solutis

Aquae destill. *P.* 224,

semper agitando, vel ea copia hujus liquoris, ut paullulum praevaleat.

Praecipitatum inde ortum post aliquot horas in linteo collige, aqua destillata plane elue et loco tepido sicca. Effic. *P.* 18—20. *Dosis:* 0,5—1,0—2,0.

Calcaria hydrata.

Hydras calcicus. Calcium hydricum s. hydratum. *Kalkhydrat.*

$Ca(OH)_2 = 74 - CaO, HO = 37.$

Rp. Calcariae rec. ust. *P.* 30.

In patinam figulinam immissae conspergantur

Aquae tepidae *P.* 12—15.

Sepone per vase obtecto, horam dimidiam vel donec calcaria in pulverem fatiscat. Paretur quoties usus poscit.

Calcaria hypochlorosa soluta.

Calcium hypochlorosum solutum.

Rp. Calcariae hypochlorosae (Calcariae chloratae) *P.* 1

Aquae destill. *P.* 11.

In lagenam immissae fortiter conquassentur, tum filtrentur. Colaturae sint *P.* 10.

Calcaria hypophosphorosa.

Hypophosphis calcicus. Calcium hypophosphorosum.

$(PO_2)_2 \cdot Ca \cdot H_4 = 170 - CaO, PO, 2HO = 85.$

Rp. Calcariae hydricae *P.* 12,

[1] Aquae *P.* 60—90.

Mixtis et in retortam vitream tubulatam, ad 1/3 replendam et in balneo arenae collocatam, immissis adjice

Phosphori *P.* 6.

Tubulo retortae insere tubum vitreum infundibiliformem (securitatis), ita ut apertura ejus inferior in miscelam calcaream bene immersa sit.

Collo retortae paulum elevato impone, ope suberis perforati, tubum vitreum ampliorem curvatum eo modo, ut pars inferior ad 2 centimetros in aquam frigidam, quae in ollam vitream (loco excipuli) ingesta est, immergatur.

Tum balneum arenae lente calefac usque ad lenem ebullitionem miscelae calcareae. Dum gas Hydrogenii phosphorati (H^3P) emergens in aëre deflagrat, lenis ebullitio miscelae continuatur. (Si miscela autem fortiter effervescit, per tubum paulum aquae calidae affundatur.)

Evolutione gasis Hydrogenii phosphorati cessante, miscelam calcaream adhuc tepidam in filtrum e charta bibula confectum ingere, residuum in filtro aqua fervida eluendo.

Liquores collecti calore tantum balnei vaporis, ne explosio fiat, ad siccum evaporent. Massae residuae affunde, ut Calcaria carbonica adhaerens separetur, Aquae destillatae calidae octuplam quantitatem, tum in filtrum ingere, residuum in filtro aqua fervida eluendo.

Liquor filtratus calore balnei vaporis evaporando, tum seponendo in crystalla redigatur, quae collecta et premendo inter chartam bibulam siccata in lagenis vitreis serventur. Effic. *P.* 4—5.

Nota. Aqua in excipulo et residuum in filtro, quae adhuc phosphorum continent, in locum separatum rejiciantur, aut in terram abscondantur. Retortam et tubos Acido nitrico diluto bene ablue et per aliquod tempus loco humido aëri expone.

Rp. Calcariae hydratae *P.* 10

[2] Aquae destillatae *P.* 25.

In ollam lapideam immissis adjice

Phosphori *P.* 4

antea in aqua calida agitando granulatas. Sepone aut loco calido per unam hebdomadem, aquam evaporatam interdum restituendo, aut loco frigido per aliquot hebdomades et saepius agita, donec gas inflammabile ex liquore agitato non amplius evadat. Tum affunde

Aquae destill. fervidae *P.* 30

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0130-7 DFG

et per linteum cola, residuam Calcariam Aqua destillata fervida abluendo. In colaturam

Acidum carbonicum

introducatur, quamdiu sedimentum deponitur. Dein filtra et liquorem in catinum porcellaneum infusum calore tantum balnei aquae s. vaporis, ne explosio fiat, inter agitationem continuam ad siccitatem redige.

Dos. = 0,15—0,35—0,5 Gm. in liquoribus Acida non continentibus in phthisi.

Calcaria hyposulfurosa.

Calcium subsulfurosum. Calcium thiosulfuricum. Thiosulfas Calcii.

$CaS_2O_3 + 6H_2O = 260$ — $CaO, S^2O^2 + 6HO = 130$.

Rp. Sulfuris sublimati *P.* 10
Calcariae ustae *P.* 5
Aquae *P.* 60.

In lebetem ferreum ingestae coquantur per sesquihoram, aquam evaporatam restituendo, tum filtrentur, residuum calcareum aquae paulo abluendo. In liquorem filtratum introducatur

Acidum sulfurosum,

donec liquor coloris expers factus fuerit, dein liquor filtratus in catino plano calore 60° C. nunquam excedente evaporando seponendoque in crystalla cogatur. Eff. *P.* 7. Sal in pari pondere aquae solubile est. Externum.

Calcaria jodata.

Calcaria hypojodosa.

Rp. Calcariae hydricae *P.* 80
Aquae destill. *P.* 320.

Immittantur in lebetem porcellaneum. Calefactis inter agitationem paulatim adde

Jodi *P.* 250

vel quantum requiritur, donec miscela colorem flavum induerit. Tum inter agitationem modico calore quam celerrime exsicca. Massa refrigerata in vitris optime obturatis asservetur. Sit pulvis e fusco nigrescens. Externum.

Calcaria lactica.

Lactas calcicus. Calcium lacticum.

$(C_3H_5O_3)_2Ca + 5H_2O = 308$ — $CaO, C^6H^5O^5 + 5HO = 154$.

Rp. Acidi lactici *P.* 100
Aquae destill. *P.* 500.

Calefactis paulatim adde

Calcariae carbonicae praecipitatae *P.* 50

vel quantum sufficit, ut acidum perfecte neutralisetur et Calcaria paullum praevaleat. Tum liquor adhuc calidus filtretur et calore balnei aquae evaporando in massam crystallinam redigatur.

Massae albae granulosae, saporis odorisque fere expertes, solubiles in aquae frigidae partibus decem, in aquae fervidae parte una, item in spiritu fervido, non solubiles in Aethere.

Calcaria lactico-phosphorica soluta s. liquida.

Liquor Calcii lactophosphorici. Lactophosphas calcicus solutus.

Rp. Phosphatis bicalcici 17,0
Acidi lactici 19,0
Aquae destillatae 964,0.

Phosphatem cum parva quantitate aquae contere, tum Acidum lacticum et aquam admisce inter agitationem, deinde post aliquot momenta per chartam bibulam filtra, filtrum eluendo, ut liquor filtratus grammata mille expleat. (*Ph. Gall.*)

100,0 liquoris continent 0,7 Calcariae, 1,7 phosphatis bicalcici; 15,0 liquoris continent 0,255 phosphatis bicalcici.

Calcaria phosphorica.

Phosphas calcicus. Phosphas Calcii. Phosphas tricalcicus. Calcium phosphoricum basicum.

$Ca_3(PO_4)_2 = 310$ — $3CaO, PO^5 = 155$.

Rp. Calcii chlorati (cryst.) *P.* 35.
Solutis in
Aquae dest. calidae *P.* 300
admisce
Liq. Ammonii caust. *P.* 10.

Liquorem hunc agitando sensim infunde in liquorem calidum paratum e

Natri phosphorici cryst. offic. *P.* 75
Aquae destill. *P.* 450
Liq. Ammonii caust. *P.* 25.

Miscelam agitatam sepone loco vix tepido per aliquot dies, donec praecipitatum, initio lubrico-gelatinosum, forma pulveris subcrystallini ad fundum decessum sit. Optime edulcoratum et siccatum servetur. Effic. *P.* 29—30. *Dos.* pro die 3,0—6,0—10,0 (rhachitis).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0131-3 DFG

Calcaria phosphorica acida.

Biphosphas calcicus. Phosphas monocalcicus. Calcium phosphoricum acidum. Phosphas acidus Calcii.
$(PO_4)_2CaH_4+2H_2O=270$ — $CaO,PO^5,2HO+2HO=135$.

Rp. Ossium calcinat. subt. pulv. 600,0
Aquae destillatae 1200,0.

Mixtis et usque ad ebullitionem calefactis, inter agitationem ope baculi lignei, sensim adde

Acidi sulfurici concentrati 500,0.

Agitatio continuetur, donec massa dense pulposa effecta fuerit, quae statim aquam addendo in statum liquidum transducatur, deinde per horas viginti quatuor seponatur. Post hoc tempus massam misce cum aqua fervida et in colatorium linteum funde. Residuum in colatorio collectum, aquam fervidam affundendo, tamdiu elue, donec guttae defluentes sapore acido esse cessent vel ab Acido liberae sint. Colaturam limpidam in vase porcellaneo evapora ad syrupi tenuioris spissitudinem et sepone per diem unum. Postea liquorem limpidum a sulfate calcico secreto defunde, tum evapora usque ad syrupi spissitudinem et sepone loco frigidiore, ut phosphas acidus calcicus in crystalla lamellaria nitentia transeat. Hoc sal in aëre deliquescens in vitris dense clausis servandum est. *(Ph. Gall.)*

Us.: Antatrophicum, antiscrophulosum, antirhachiticum etc. *Dos.:* 0,1—0,2—0,3 ter quaterve per diem. *(Dos. maxima* circiter 1,0, pro die 4,0).

Calcaria phosphorica neutralis.

Phosphas bicalcicus.
$(PO_4)_2Ca_2H_2=272$—$2CaO,PO^5,HO=136$.

Rp. Natri phosphorici 100,0
Calcii chlorati cryst. 65,0
Acidi hydrochlorici (34,4%) 3,5.

Phosphatem natricum solve in aquae 700,0 et misce cum Acido hydrochlorico. Chloruretum calcicum solve in aquae 300,0. Ambos liquores frigidos, commisce et sepone saepius agitando per aliquot horas. Praecipitatum aqua frigida elotum, inter strata chartae bibulae expansum aëri exponendo sicca. Grammata centum Calcii chlorati crystallisati grammatis 32,0 Calcii chlorati fusi compensantur. *Ph. Gall. Dos.:* 0,5—1,0—1,5.

Calcaria phosphorico-lactica.

Calcium phosphorico-lacticum. Calcium lactophosphoricum.

Rp. Calcariae lacticae
Calcariae phosphoricae neutralis $\widehat{aa}$ 48,0.

Conterendo mixtis adde

Acidi phosphorici (20%) 10,0.

Denuo contrita in eodem mortario porcellaneo loco calido (50—70° C.) sicca et conterendo in pulverem redige.

Calcaria saccharata.

Saccharum calcaratum. Saccharas calcicus. Antidotum Acidorum.
$C_{12}H_{18}Ca_2O_{11}+C_{12}H_{20}CaO_{11}+3H_2O=852$ — $3CaO,2(C^{12}H^{11}O^{11})=426$.

Rp. Sacchari albi *P.* 3,
Calcariae hydricae *P.* 1,
Aquae destill. *P.* 12.

Mixtas digere vase clauso per biduum et saepius agita. Tum filtra et liquorem limpidum calore balnei vaporis evaporando ad spissitudinem syrupi redactum laminis vitreis illine et loco tepido sicca. (Interea locus hydrate calcii circumdatus sit). Sint lamellae coloris expertes, nitoris sericei. In vasis obturatis serva. *Dos.:* 0,5—1,0—1,5. (Antidotum acidorum.)

Calcaria saccharata soluta.

Liquor Calcii saccharati. Liquor Calcis saccharati.

Rp. Sacchari albi 10,0
Calcariae hydricae 20,0.

Contrita misce cum

Aquae destill. 200,0.

Sepone saepius agitando per horas quatuor ad quinque, tum filtra. Pd. sp. 1,052. *Dos.* 1,0—3,0. *Ph. Brit.* *(Us.:* In diarrhoea infantum).

Calcaria soluta.

Aqua Calcariae s. Calcis. Liquor Calcis. Liquor Hydratis calcici.

Rp. Calcariae hydratae rec. q. v.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0132-9
DFG

Superinfunde

Aquae destillatae

quantitatem circiter triplicem et agita. Post sedimentationem liquorem defunde, qui rejiciatur. Tum affunde

Aquae destillatae

volumen circiter trigintuplum et post agitationem in lagenam bene obturandam immitte. Ad usum liquor limpidus decanthetur et filtretur. Residuo inter agitationem denuo aquam affundere potes, quod repetere licebit, quam diu decanthando aquam Calcaria saturatam obtinebis.

Calcaria stibiato-sulfurata.

Calcium stibiato-sulfuratum. Stibio-Calcium sulfuratum.

Rp. Calcariae rec. ustae pulv. *P.* 15

[1] Stibii sulfurati aurantiaci *P.* 5.

Intime mixtis et in vas porcellaneum immissis sensim adde

Aquae *P.* 30.

Inter assiduam agitationem leni calore exsicca et in vitris parvis, bene obturatis, serva. Sit pulvis ex flavescente cinereus.

Ex tempore hoc modo paretur:

Rp. Stibii sulfurati rubei *P.* 1,

[2] Calcii sulfurati *P.* 3.

M. *Dos.*: 0,1—0,3 ter quaterve p. diem.

Calcaria sulfurica.

Gypsum purum. Sulfas Calcii.
$CaSO_4 + 2H_2O = 172$ — $CaO,SO^3 + 2HO = 86$.

Rp. Calcii chlorati *P.* 1.

Solve in

Aquae destill. *P.* 10.

Solutioni filtratae inter agitandum instilla liquorem solvendum paratum e

Natri sulfurici cryst. *P.* 3

Aquae destill. *P.* 15.

Praecipitatum inde ortum lege artis subsidendo, defundendo atque edulcorando separa et lenissimo calore sicca.

Calcaria sulfurosa.

Sulfis Calcii. Calcium sulfurosum.
Sulfite de Chaux.
$CaSO_3 + 2H_2O = 156$ — $CaO,SO^2 + 2HO = 78$.

Rp. Calcariae carbonic. praecipitatae *P.* 10

Aquae *P.* 30.

In ollae vitreae altiori immissas tamdiu

Acidum sulfurosum (cf. id. pag. 22)

introducatur, donec liquor saepius agitatus Tincturam exploratoriam caeruleam reddat rubram. Tandem Calcaria sulfurosa colligatur, lenissimo calore siccetur et in vitris bene obturatis servetur.

Calcium bromatum,

$CaBr_2 = 199{,}6$ — $CaBr = 99{,}8$.

Rp. Calcii carbonici praecipitati q. v.

Acidi hydrobromici q. s.

ad neutralisationem. Liquorem leni calore ad siccum evapora, tum solve in

Spiritus Vini q. s.,

sepone per aliquot dies, tum filtra. Liquorem filtratum leni calore ad siccum evapora. Serva in vitris dense clausis. Sit sal coloris expers, aëri expositus deliquescens, in Spiritu et in aqua perfecte et facile solubilis.

Calcium chloratum.

Calcaria muriatica pura. Chloretum Calcii s. calcicum.
$CaCl_2 + 2H_2O = 147$ — $CaCl + 2HO = 73{,}5$.

Rp. Cretae albae s. Marmoris albi pulv. q. v.

Solvatur (calore adjuvante) in

Acidi hydrochlorici q. s.

ita tamen, ut portiuncula Calcariae carbonicae non soluta remaneat. Dein liquori admisce

Calcariae hypochlorosae venalis (Calcariae chloratae)

partem circiter vicesimam copiae Cretae vel Marmoris adhibitae. Sepone per diem unum et saepius agita. Tum liquor filtretur et instillando

Acidi hydrochlorici puri

quantitatem sufficientem ad neutralitatis chemicae punctum accurate redigatur. Quo facto liquor in vase porcellaneo, calore balnei arenae 180° C. fere attingente, ad siccum evaporet. Residuum tritum, adhuc calens, statim in lagenas vitreas, optime obturandas, ingeratur. Sit pulvis albissimus, humorem ex aëre avide imbibens. *Dos.*: 0,2—0,5 pluries per diem (in scrophulosi et phthisi).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0133-5 DFG

Calcium chloratum crystallisatum.

Cloretum calcicum. Calcium chloratum officinale.

$CaCl_2 + 6H_2O = 219 - CaCl + 6HO = 109,5.$

Rp. Solutionis Calcii chlorati aquosae q. v.

Evaporet igne fortiore, donec massa liquida usque ad 128—129° C. calefacta est. Tum eam ab igne remove, atque ad 90° C. refrigeratam tamdiu agita, donec in pulverem crystallinum abierit. Statim in lagenis obturatis serva.

Calcium chloratum fusum.

$CaCl_2 = 111 - CaCl = 55,5.$

Rp. Solutionis Calcii chlorati q. v.

In lebete ferreo, modico calore, dum agitatur, exsiccata igne fortiore liquefiat atque per horae quadrantem circiter candefiat, ut omnis humor diffugiat. Massam in mortarium ferreum effusam, tum refrigeratam in pulverem grossiorem redige et statim in lagenas calefactas ingere, quas bene obtura.

Calcium chloratum crudum fusum.

Paretur uti Calcium chloratum fusum solvendo

Calcariam hydricam

in

Acido muriatico crudo diluto,

ita tamen, ut pars Calcariae parva addita non soluta remaneat. Liquor filtratus tum addendo

Acidi muriatici crudi q. s.

plane neutralisetur etc.

Calcium jodatum.

$CaJ_2 = 294 - CaJ = 147.$

Paretur eodem modo quo Baryum jodatum, nisi quod sumantur

Calcariae sulfurosae *P.* 40
Aquae tepidae *P.* 150
Jodi *P.* 63
Calcariae carbonicae *P.* 25.

Usus: contra tuberculosin pulmonum scrofulosam. *Dos.:* 0,3—0,5 per diem unum.

Calcium jodatum liquidum.

Liquor Calcii jodati.

Rp. Kalii jodati *P.* 17
Calcii chlorati cryst. *P.* 11
Aquae destill. *P.* 119.

In lagenam immissae agitentur. Partes 10 miscelae continent partem unam Calcii jodati (CaJ). Ex tempore.

Calcium oxysulfuratum

Ph. Austriacae.

Rp. Calcariae ustae (Calcii oxydati) 30,0.

In frustula contusa inspergantur

Aquae destill. 20,0.

Calcariae extinctae admisce

Sulfuris sublimati 60,0.

Massa pulverea in vas optime claudendum recondatur.

Calcium oxysulfuratum liquidum.

Solutio Calcii oxysulfurati. *Ph. mil. Austr.*

Rp. Calcariae hydricae *P.* 5
Sulfuris pulv. *P.* 6.

Commixtae paulatim ingerantur in

Aquae fervidae *P.* 70.

Dein liquor ebulliat et evaporetur, donec Partes 36 supersint, quas adhuc fervidas cola et statim in lagenas bene obturandas immitte.

Calcium sulfhydratum.

$Ca(SH)_2 + Aq - CaS,HS + xAq.$

Calcaria hydrosulfurata. Calcium sulfuratum hydraticum. Massa depilatoria (Martinsii, Boettgeri).

Enthaarungsmittel.

Rp. Calcariae ustae rec. *P.* 30.

Consperge

Aquae calidae *P.* 15,

ut Calcaria in pulverem fatiscat, quem deinde addendo

Aquae frigidae *P.* 60 vel q. s.

ad pultem tenuiorem redige. In hanc pultem, subinde agitandam, ope tubi vitrei amplioris curvati, sub divo conduc

Gas hydrothionicum

(e Ferri sulfurati circiter *P.* 90 et Acidi sulfurici diluti *P.* 600 lenissimo calore evolutum), donec puls hoc gase plane saturata sit et colorem e coeruleo cinereum induerit. Pultem obtentam loco obscuro et frigido in lagenis repletis, bene obturatis, asserva.

Usus. Puls crassa lineas duas cuti crinitae illita per horae sextantem maneat, deinde spongiae ope humectatae abluatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0134-0
DFG

Calcium sulfuratum.

Calcaria sulfurata. Hepar Sulfuris calcareum. Hepar Calcis.

$(CaS)_3 \cdot CaSO_4 = 352 - 3CaS + CaO, SO^3 = 176.$

Rp. Calcariae ustae albissimae subt. pulv. *P.* 10

Sulfuris depurati *P.* 8.

Optime mixtae in crucibulum Hassiacum ingerantur, ad marginem usque inter levem quassationem repletum. Crucibulum tunc operculo figulino, luti argillacei ope, tegatur, et in furno anemio (*Windofen*) collocatum carbonibus e ligno non incensis circumdetur. Tum stratum carbonum ardentium supra impone, ita ut ignis carbones a summo ad fundum versus lente corripiat. Crucibulum denique per horam dimidiam excandeat, dein ad refrigerationem usque stet intactum. Operculo caute demto, massa e flavescente rubella exempta terendo in pulverem redigatur et in lagenis bene obturatis servetur. Sit pulvis e griseo flavescens vel e rubello albidus, acido affuso gas hydrosulfuratum largissime exbibens.

Calcium sulfuratum.

(Ad usum technicum.)

$4CaS + CaO, S^2O^2 + CaS^5 + CaO.$

Rp. Calcariae hydricae *P.* 30

Sulfuris sublimati *P.* 12.

Mixtis et in lebetem ferreum ingestis affunde

Aquae *P.* 50.

Tum inter agitationem coquantur, donec portiuncula exempta in metallum frigidum demissa ad massam solidam concrescat. Dein affunde in laminam ferream, et massam semirefrigeratam in frustula diffractam in vitris bene obturatis serva.

Calcium sulfuratum liquidum.

Sulfuretum Calcii liquidum.

Rp. Calcariae hydricae *P.* 4

Florum Sulfuris *P.* 5

Aquae *P.* 25.

In satarginem fictilem immissae coquantur, aquam evaporatione absumptam restituendo. Operculo imposito, seponatur sartago per unam noctem et, crastino die, liquor innatans ope siphonis vitrei in lagenam transducatur, tum aqua, si opus est, diluatur, ut sit pd. sp. 1,116. Serva in lagenulis obturatis, plane repletis. *Ph. Belg.*

Calcium sulfuratum purum.

Calx sulfurata *Ph. Brit.*

$CaS = 72 - CaS = 32.$

Rp. Calcariae sulfuricae nativae
[1] (Gypsi) pulv. *P.* 8

Fuliginis e taeda *P.* 2.

Mixtae comprimendo in crucibulum Hassiacum, quod operculo obtegendum est, ingerantur. Tum incandescant, donec pulverem fere album praebeant, quem adhuc calidum in lagenulas vitreas immitte, probe dein obturandas. Sit pulvis, qui affusa aqua carbonis particulas non demittat.

Rp. Calcariae sulfuricae nativae
[2] q. v.

Inter carbones leviter ignitum, tum refrigeratum in pulverem subtilissimum conteratur.

Hujus pulveris *P.* 8

Carbonis ligni praeparati *P.* 2

Farinae secalis *P.* 1

bene commixtae cum aquae sufficiente quantitate subigantur, ut pastam efficiant spissam, ex qua formentur cylindri (magdaleones), qui bene siccati alternatim cum carbonibus in fornace sternantur et ad plenam ignitionem redigantur. Tum spiraculis fornacis occlusis, prunae cinere contectae refrigerentur, posteaque cylindri exempti et a cinere adhaerente mundati in pulverem redigantur. Serva in lagenis bene obturatis. *Dos.* 0,3—0,5 pl. p. d.

Camphora bromata.

Camphora monobromata. *Bromkampfer.*

$C_{10}H_{15}BrO - C^{20}H^{16}BrO^2 = 231.$

Rp. Camphorae tritae 100,0.

In cucurbitam, cujus spatium internum 2000 ccm complectitur, immissis adde

Bromi 107,0

et agita, dein sepone, ut mixtura fluida rigescat. Cucurbitae impone tubum vitreum, quem conjunge cum excipulis duobus. Singuli excipuli aquae destillatae 80,0 g contineant et tubi vitrei sint eo modo applicati, ut exitus eorum usque infra fastigium aquae procurrant

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0135-6 DFG

et Acidum hydrobromicum gasiforme ab aqua resorbeatur. Cucurbitam in balneum aquae impositam calefac, quamdiu Gas Acidi hydrobromici (50,0 g) aut sedate aut fervidius evolvitur. Massa in cucurbita residua primum solutione aquosa calida Natrii carbonici (5%) quam celerrime eluatur, deinde in spiritu vini absoluto calido soluta ad crystallisationem seponatur. Pondus crystallorum alborum collectorum grammata circiter 150,0 expleat.

Crystalli aciculares, decolores, odoris camphorei, calore 76° C. liquescentes. Serventur in vitris dense clausis, a luce remotis. *Usus:* Sedativum et in delirio tremente, hysteria, migraena, nymphomania aliisque morbis nervosis adhibetur. *Dosis:* 0,15—0,3—0,5, in delirio tremente 0,5—1,0—1,5.

Camphora carbolisata.

Camphora phenylata. *Carbolkampfer. Phenylkampfer.*

Rp. Camphorae tritae 25,0
Acidi carbolici cryst. 10,0.

In cucurbitam vitream injecta sepone, vase clauso, loco vix tepido (24—28° C.), interdum paululum agitando, per diem unum, tum calore paululum fortiore (40—45° C.) in liquorum limpidum transduc. Desinficiens.

Ad usum vulnerarium cum oleo Olivarum miscenda est.

Candelae antasthmaticae.

Cones antiastmatiques de Sarradin.

Rp. Acidi arsenicosi
Opii pulverati āā 1,0
Fructus Phellandrii 2,0
Herbae Stramonii
Herbae Hyoscyami
Herbae Belladonnae
Benzoës āā 10,0
Kali nitrici 20,0
Tragacanthae 2,0
Aquae q. s.

Misce, ut fiant candelae decem, quae siccatae in vase clauso serventur. Fumus candelae accensae ab asthmatico inhalatur.

Candelae fumales.

Coni odorati.

Rp. Ligni Santalini rubri (aut
[1] Carbonis vegetab.) *P.* 50
Styracis Calamitae
Balsami Tolutani
Benzoës
Olibani āā *P.* 30
Corticis Cascarillae *P.* 90
Ambrae *P.* 1
Caryophyllorum
Cassiae cinnamomeae
Kali nitrici āā *P.* 20.

Pulveratae bene misceantur. Tum adde

Olei Cassiae
— Caryophyllorum āā *P.* 2
— Pelargonii *P.* 1
— Lavandulae *P.* 5
Camphorae *P.* 1/2
Balsami Peruviani *P.* 5
Mucilaginis Tragacanthae q. s.

Fiat massa, ex qua formentur candelae, quae lenissimo calore exsiccentur. Exsiccatae tum Mixturae odoriferae moschatae q. s. conspergantur.

Rp. Ligni Santalini rubri, (aut
[2] Carbonis vegetab.) *P.* 50
Styracis liquidi *P.* 10
Benzoës *P.* 20
Balsami Tolutani
Olibani āā *P.* 5
Succini *P.* 1
Corticis Cascarillae *P.* 20
Florum Lavandulae *P.* 15
Terebinthinae Venet. *P.* 2
Kali nitrici *P.* 10
Mucilaginis Tragacanthae q. s.

Pulveratae misceantur, ut fiat massa, ex qua formentur candelae, quae siccatae Mixtura odorifera conspergantur.

Candelae medicinales.

Candelae fumigatoriae. Candelae suffitoriae. *Räucherkerzen.*

Candelae Benzoës.

Rp. Benzoës *P.* 6
Radicis Althaeae pulv. *P.* 7

Kali nitrici *P.* 4
Aquae q. s.

M. etc. Singulae candelae contineant Grammata 3 Benzoës.

Candelae Camphorae.

Rp. Camphorae tritae *P.* 6
Kali nitrici *P.* 3
Radicis Althaeae pulv. *P.* 5
Aquae q. s.

M. Singulae candelae contineant Grammata 3 Camphorae.

Candelae Cinnabaris.

Rp. Radicis Althaeae
Kali nitrici āā *P.* 2
Cinnabaris *P.* 1
Aquae q. s.

M. ut fiat massa, ex qua fermentur candelae, quarum singulae contineant 2 Grammata Cinnabaris. Siccentur loco tepido.

Candelae jodatae

Rp. Jodi *P.* 5
Radicis Althaeae pulv. *P.* 40
Kali nitrici *P.* 35
Spiritus Vini et Aquae q. s.

M. ut fiat massa, ex qua formentur candelae, quarum singulae contineant 5 Decigrammata (0,5) Jodi. Siccentur loco tepido.

Candelae Opii.

Rp. Radicis Althaeae pulv.
Kali nitrici āā *P.* 80
Opii pulv. *P.* 5
Aquae q. s.

M. etc. Singulae candelae contineant Centigrammata 25 (0,25) Opii.

Candelae Picis liquidae.

Rp. Picis liquidae *P.* 30
Radicis Althaeae pulv.
Kali nitrici āā *P.* 35.

M. etc. Singulae candelae contineant Grammata 3 Picis.

Candelae Stramonii.

Rp. Herbae Stramonii pulv.
Kali nitrici āā *P.* 4
Radicis Althaeae pulv. *P.* 1
Aquae q. s.

M. ut fiat massa, ex qua formentur candelae, quarum singulae contineant Grammata 4 Herbae Stramonii. Siccentur loco tepido.

Candelae Digitalis, Belladonnae aequali modo parentur.

Candelae Turionum Pini.

Rp. Turionum Pini *P.* 3
Lycopodii *P.* 2
Kali nitrici *P.* 3
Aquae q. s.

M. etc. Singulae candelae contineant Grammata 3 turionum.

Candelae contra tussim convulsivam

Vichoti.

Rp. Carbonis ligni grosso modo pulverati 75,0
Kali nitrici 2,0
Naphthalinae 10,0
Kreosoti 8,0
Acidi carbolici 4,0
Picis liquidae lithanthracinae 10,0
Tuberum Aconiti 1,0
Mucilaginis Tragacanthae q.s.

Misce, ut fiat massa, ex qua candelae ponderis 4,0 formentur, quae siccatae in vase clauso serventur.

Usus: Fumus candelarum duarum accensarum spatium metrorum cubicorum viginti explet. Inhalatio per horam unam bis quoque die peragatur.

Cannabinonum.

Cannabinon.

Rp. Herbae Cannabis Indicae 100,0.

Calore 30—40° C. siccata et in pulverem grossum redacta in vas deturbatorium ingere et

Aetheris q. s.

superfusa macera per diem dimidium, tum aethera affundendo modo deturbatorio extrahe. Liquorem destillando ab aethere libera. Massam residuam, adhuc fluidam in vase aperto evapora, ut consistentia extracti mollis assequatur. Massa resinosa in spiritu, chloroformio, oleis solubilis. *Dosis:* 0,05—0,1 (hypnoticum).

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0137-8
DFG

Nota. Merck in Darmstadio *(Darmstadt, Germania)* praebet Cannabinonum dilutum siccum, quod in centenis partibus decem partes (10%) Cannabinoni continet.

Cannabinum tannicum.

Tannas Cannabinae.

Rp. Herbae Cannabis Indicae 100,0.

Minutim concisa loco calido, cujus calor 50° C. ne superet, per triduum seponantur, ut oleum aethereum quam maxime defugetur. Tum affunde

Aquae dest. fervidae 1000,0,

commixta cum

Acidi hydrochlorici (25%) 20,0.

Sepone calore balnei aquae per horam dimidiam, tum statim cola. Herbae residuae affunde aquae fervidae 300,0, sepone per horae quadrantem, tum exprimendo cola. Liquoribus colatis mixtis, adhuc calidis adde inter agitationem in spiritu diluto solutum

Acidi (gallo-)tannici q. s.,

quamdiu liquor inde turbatur. Deinde sepone per diem dimidium loco frigido. Tum praecipitatum in filtro collectum et in scutellam porcellaneam transgestum loco paulum calido siccetur et conterendo in pulverem redigatur.

Sit pulvis e flavido fuscus, in aqua et aethere fere insolubilis, saporis amari adstringentis. Hypnoticum lene. *Dosis:* 0,3—0,5—1,0 (vespere ante somnum sumatur).

Cantharidina.

Cantharidinum.

$C_{10}H_{12}O_4 - C^{20}H^{12}O^8 = 196$.

Rp. Cantharidum grosso modo pulv. q. v.

Immissum in apparatum deturbatorium extrahatur ope

Chloroformii

quantitatis sufficientis. Liquor collectus, Chloroformio destillando elicito, calore modico inspissatus, affundendo

Carbonei sulfurati q. s.,

macerando decanthandoque tamdiu tractetur, quamdiu materiae oleosae aliquid solvitur. Residuum, admixto paulo Carbonis animalis, loco tepido siccatum contritumque ope

Spiritus Vini rectfss.

quantitatis sufficientis extrahatur. Solutio alcoholica Cantharidinae hoc modo obtenta, si opus fuerit, filtrata, modico calore Spiritu Vini destillando magna ex parte elicito, loco tepido ad siccum redigatur. Residuum, fortasse paulo materiae pinguis inquinatum, Carboneo sulfurato abluatur, tum denuo siccatum in

Chloroformii

quantitate quam minima, calore adhibito, solvatur et evaporatione spontanea in crystalla cogatur. *P.* 100 Cantharidum edunt circiter *P.* 0.6 Cantharidinae.

Sint crystallula prismatica rhomboïdalia vel lamellae decoloriae nitentes, odore carentes, in aqua non solubiles.

0,1 Cantharidinae adaequat 16,0 Cantharidum vi vesicante.

Capsulae antiphthisicae Werlii.

Rp. Acetoni *P.* 1
Olei Jec. Aselli *P.* 9.

Commixtae in capsulas e gelatina confectas infundantur. (Phthisis, rheuma).

Capsularum massa.

Capsules.

Rp. Gelatinae albae *P.* 50
[1] Mucilaginis Gummi Arab. concentratae *P.* 30
Glycerinae 10,0
Syrupi Sacchari *P.* 20
Aquae *P.* 50.

M. et solve l. a.

Rp. Gelatinae albae 25,0
[2] Glycerinae 10,0
Sacchari 8,0.
Aquae destill. 45,0.

Misce, solve etc. *Ph. Gall.*

Rp. Gelatinae albae *P.* 50
[3] Gummi Arabici
Sacchari albi aa *P.* 40.

Pulveratis leni calore admisce

Mellis albi *P.* 10
Glycerinae *P.* 10
Aquae destill. *P.* 100.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0138-4 DFG

Carbasus carbolisata.

Gaza antiseptica. Carbasus antiseptica. Pannus cous phenolatus.
Phenolgaze, Carbolgaze, Carbolmull. Carbolized Gauze.

Rp. Resinae Pini pulveratae 20,0
Olei Ricini 3,0
Acidi carbolici 5,0
Spiritus Vini (95%) 110,0.

Digerendo solutione peracta liquore carbasum imbue, ut centenae partes carbasi siccati Acidi carbolici 2,5 partes contineant.

Gaza vel carbasus liquore illo permadefacta et leni pressione laevigata, tum loco luce carente aëri exposita siccetur, deinde convolvatur et charta paraffinata veletur.

Serva loco frigido in cistis e lamina ferrea effectis.

Gaza vel carbasus antea aquae vaporibus percalefactis desinficienda est.

Carbasus jodoformiata.

Pannus cous jodoformiatus. Gaza jodoformiata.
Jodoformgaze. Jodoformmull.

Rp. Jodoformii 10,0
Paraffinae
Tincturae Benzoës
Glycerinae aa 5,0
Spiritus Vini absoluti
Aetheris aa 40,0.

Macerando agitandoque solutio efficiatur. Liquore carbasum imbue, ut centenae partes carbasi contineant 2 ad 3 partes Jodoformii.

Carbasus salicylica.

Gaza salicylata. *Salicylgaze (Bruns).*

I (5%)

Rp. Acidi salicylici 50,0
Olei Ricini 20,0.
Solve in
Spiritus Vini (90%) 2200,0.

Gazae vel carbasi epinguinatae grammata 1000,0 hoc liquore permadefacta ad libellam tendantur et in hoc statu siccentur.

Nota. Loco olei Ricini 20,0 adhibere licet olei Ricini et Colophonii (vel resinae Pini flavae) ana 10,0. Desinficiens.

II (10%)

Rp. Acidi salicylici 100,0
Olei Ricini 40,0
Spiritus Vini 2000,0
Gazae vel carbasi epinguinatae 1000,0.

Eodem modo (supra notato) efficiatur.

Carbo Albuminis.

Albuminkohle.

Rp. Carbonis animalis depurati pulverati q. v.
Albuminis ovi q. s.

Misceantur, ut fiat puls densior, quae in floccos discerpta et pulvere carbonis animalis conspersa exsiccetur, tum in pulverem redigatur. Hic pulvis denuo albumine ovi admixto in pultem densiorem redigatur et modo quo antea exsiccetur, tum in pulverem vertatur.

Us.: Ad clarificationes et defaecationes vini, cerevisiae etc. adhibetur.

Carbo animalis depuratus.

Carbo animalis purificatus. *Ph. Brit.*

Rp. Eboris usti optimi *P.* 5
Aquae fervidae *P.* 20.

In ollam amplam immissis et agitatis sensim admisce
Acidi muriatici crudi *P.* 4.

Digere per diem unum saepius agitando, tum massam carboneam in filtro collige et Aqua destillata tamdiu elue, donec liquor defluens chartam exploratoriam caeruleam non amplius mutet. Massa carbonea aut adhuc humida adhibeatur, aut siccata in lagenis obturatis servetur. In scrophulosi raro adhibetur. Conf. Carb. Carnis.

Carbo animalis e Sanguine paratus.

Blutlaugenkohle.
(Ad usum technic. et chemicum.)

Rp. Sanguinis recentis *P.* 8
Kali carbonici dep. *P.* 1.

Mixtae in sartagine ferrea ad siccum evaporent. Massam residuam ure in crucibulo clauso, cujus operculum foramine parvo instructum sit, donec fumus penitus exire desinat. Carbonem remanentem, in pulverem subtiliorem redactum primum Aqua dest. fervida, postea Aqua destill., cui Acidum hydrochloricum purum admixtum est, optime edulcora. Postremo pulvis Aqua destill. optime elotus leni calore

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0139-2 DFG

quam celerrime exsiccetur, in crucibulo bene tecto leniter excandescat et refrigeratus statim in lagenis vitreis obturatis servetur.

Carbo Carnis.

Carbo animalis *Ph. Germanicae.* Carbo animalis ad usum internum (Weissii).
(Medicamentum).

Rp. Carnis vitulinae a pinguedine liberatae, cum tertia fere parte ossiculorum, q. v.

In frustula dissectum in vase idoneo, leviter tecto modico calore torreatur, quamdiu vapores, admota flamma ignem concipientes, extricantur. Residuum in pulverem redigatur et in lagenulis obturatis servetur.

Carbo causticus stiliformis

Bonnafont.
Stili Carbonis caustici.
Charbon caustique.

Rp. Carbonis ligni 15,0
Kali nitrici 2,0
Tragacanthae 5,0
Aquae q. s.

Misce, ut fiat massa, ex qua stili *(Stifte)* formentur, qui siccentur. *Us.:* Stilus gliscens ad cauterisationem adhibetur.

Carbo Ligni depuratus.

Carbo pulveratus s. depuratus.

Rp. Carbo ligni Pini in frustis q. v.

Escandescat in vase ferreo, bene tecto, tum refrigeratum atque a cineribus depuratum et in pulverem tritum in vase vitreo, dense clauso serva. *Ph. Austr.*

Dos.: 0,5—1,0—2,0 pluries per diem.

Carbo Panis.

Paretur aequali modo, quo Carbo Populi, e pane secalino siccato.

Carbo Populi s. Belloci.

Rp. Ramulos juniores Populorum (Amentacear. familiae).

Minutim concisi et siccati in ollam ferream ingerantur et comprimantur. Olla leviter tecta, modico igne torreantur, quamdiu vapores densiores extricantur. Residuum refrigeratum in pulverem redigatur et in lagena vitrea clausa asservetur.

Carbo Spongiae factitius.

Rp. Natrii chlorati *P.* 5
Ferri oxydati fusci
Kalii jodati $\widehat{aa}$ *P.* 10
Concharum praep. *P.* 30
Carbonis vegetabilis *P.* 40.

M. f. pulvis subtilior.

Carbo vegetabilis granulatus.

Granulated charcoal.

Rp. Carbonis subtiliter pulverati *P.* 100
Sacchari pulv. *P.* 20
Gummi Arabici pulverati *P.* 5
Tincturae Benzoës *P.* 2
Aquae destillatae q. s.

Misceantur, ut fiat puls densior, quae, admixtis

Carbonis subtiliter pulverati *P.* 100,

calore leni inter perpetuam agitationem in granula minuta, cribri e ferro laminato confecti ope separanda, redigatur. Ad usum internum.

Carboneum sesquichloratum.

Carboneum trichloratum. Trichloretum Carbonei. *Perchloräthan.*
$C_2Cl_6 = 237 - C^2Cl^3 = 118{,}5.$

Rp. Elayli chlorati (Olei Chemicorum Batavorum s. Hollandicorum) *P.* 10
Aquae destillatae *P.* 2.

Immitte haec liquida in cucurbitam vitream albam atque amplissimam, cui embolus subereus, duobus tubis vitreis munitus, imponatur. In hanc cucurbitam in loco radiis solis exposito collocatam atque ad 60—80° C. calefactam ope tubi vitrei longioris, ad fundum cucurbitae fere descendentis,

Gas Chlori

inducatur. Per tubum alterum interdum

Aquae destillatae

minores quantitates affundantur, ut Gas hydrochloratum enatum absorbeant. Inductionem Gasis Chlori paulatim continua, donec hoc non amplius mutetur. Tum crystalla exorta, colando collecta et aqua abluta inter chartam bibulam premantur. Deinde his Spiri-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0140-3

tus Vini rectfss. quantitate parva solutis adde quantitatem sufficientem Aquae, cujus partibus centenis partes singulae (*P.* 1) Kali caustici sicci admixtae sunt, ut Carboneum sesquichloratum praecipitetur. Praecipitatum aqua ablutum et premendo inter chartam bibulam siccatum in lagenulis serva. Effic. circiter *P.* 25.

Sint crystallula pellucentia, prismatica aut tabularia, coloris expertia, odoris camphoracei, saporis tenuis, in Spiritu Vini, Aethere et Oleis, non item in Aqua solubilia. Pd. sp. 2,000. Serventur in vasis vitreis, dense clausis. *Dos.:* 0,1—0,2—0,4 pluries per diem (in cholera Asiatica).

Carboneum sulfuratum depuratum.

Sulfuretum carbonicum. Alcohol Sulfuris. *Kohlenstoffbisulfid.*

CS_2=76—CS^2=38.

Rp. Carbonei sulfurati venalis *P.* 100

Limaturae Orichalci *P.* 5

Aquae destill. *P.* 2.

Stent per aliquot dies et saepius agitentur, tum adde

Calcariae ustae pulveratae *P.* 1

et saepius agita. Liquor per gossypium colatus et in cucurbitam vitream, in balneo aquae collocatam infusus cautissime destillet calore 50° non excedente. Pd. sp. 1,271. In lagenis dense obturatis servetur. Rubefaciens molle, anaestheticum localiter adhibendum, excitans in rheumate, paralysi etc. *Dos.:* Gutt. 1—2—3. (Conf. aquam sulfocarboneam, pag. 77).

Cardoleum.

Cardoleum vesicans. *Cardol.*

Rp. Pericarpii Anacardiorum Occidentalium *P.* 1.

Contusae affunde

Spiritus Vini absoluti

Aetheris āā *P.* 2.

Macera per aliquot dies et saepius agita. Liquore decanthato, iterum affunde

Spiritus Vini rectfss.

Aetheris āā *P.* 1.

Post macerationem exprime. Liquoris commixti colati, Aethere destillatione elicito, ad spissitudinem extracti mollioris evaporent. Cave cutem liquore humectes. Vesicans.

Carragina.

Gelatina Fuci crispi sicca.

Caraghenin. Gelin.

Rp. Carrageeni s. Chondri crispi 100,0

Aquae fervidae 600,0.

Digere per horam unam, tum exprimendo cola. Colaturam evaporando calore balnei aquae paulum concentratam in laminas porcellaneas vel vitreas transfer et loco calido (60° C.) exsicca. Sint lamellulae parvae siccae.

Carthamina.

Carthaminum.

$C_{14}H_{16}O_7$—$C^{28}H^{16}O^{14}$=296.

Rp. Florum Carthami tinctorii concisorum q. v.

Macera per diem unum in

Aquae frigidae

quantitate sufficiente, ut pigmentum flavum exhauriatur. Tum preli ope exprime. Residuo affunde soluti

Natri carbonici cryst. in

Aquae destillatae 5plo

eam quantitatem, ut fiat puls. Quinque horis exactis exprime. Colaturae admisce

Aceti concentrati

quantum requiritur, ut reactio alcalina adhuc paulum praevaleat. Immerge

Telae gossypinae q. s.

Quo facto sensim guttatimque instilla interdum agitando

Acetum concentratum,

donec liquor acidulus factus sit. Post 36 horas telam exemptam aqua frigida ablue et in solutione diluta (5%)

Natri carbonici

macera per semihoram. Liquori rufo tunc expresso adde

Acidi citrici soluti

tantum, ut liquor reactionem acidam reddat. Dein sepone, sedimentum inde exortum in filtro collige, aqua ablue et solve in

Spiritus V. alcoholisati q. s.

Solutio spirituosa in congestore vaporario vel apparatu pneumatico (Vacuo qui dicitur) ad siccum redigatur. Massa sicca residua conteratur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0141-9 DFG

Sit pulvis e rubro fuscus, in Spiritu Vini colore purpureo solubilis.

Cataplasma aluminatum.

Rp. Aluminis pulverati *P.* 1
Albuminis ovi *P.* 60.
Misce. Ad decubitum.

Cataplasma anodynum.

Rp. Capitum Papaveris *P.* 30
Herbae Hyoscyami *P.* 60.
Grosse pulveratis affunde
Aquae fervidae *P.* 720.
Tum adde
Specierum emollient. *P.* 120
vel q. s., ut spissitudo cataplasmatis efficiatur. (Ulcera, tumores et abscessus dolentes). *Ph. Gall.* (1866).

Cataplasma antarthriticum
Trousseavii.

Rp. Micae Panis *P.* 150
Aquae *P.* 50.
Digere per aliquot horas, tum adde
Spiritus camphorati *P.* 15
Camphorae tritae
Extracti Belladonnae āā *P.* 2
Extracti Opii *P.* 1
Spiritus V. rectf. q. s.,
ut fiat massa mollis.

Cataplasma Belladonnae.

Rp. Specierum ad Cataplasma *P.* 60
Lactis vaccini q. s.
Coquendo fiat puls, cui admisceatur
Foliorum Belladonnae pulv. *P.* 5.

Cataplasma Carbonis.
Charcoal Poultice.

Rp. Specierum ad Cataplasma
Carbonis pulv. āā *P.*
Olei Terebinthinae parvam quantitatem
Aquae fervidae q. s.
Misce.

Ph. Brit. Carbonis ligni pulv. p. 1, Mollium panis p. 4, Sem. Lini pulv. p. 3, Aq. ebullientis p. 20. Mollia in aqua primum maceranda sunt, tum admisceantur semen Lini et pars dimidia carbonis, parte remanente carbonis puls conspergatur.

Cataplasma Carotae compositum.

Rp. Radicis Carotae rec. trit. *P.* 300
Herbae Conii pulv. *P.* 15
Opii pulv. *P.* 1.
Misce.

Cataplasma Conii.

Rp. Herbae Conii *P.* 1
Placentae Lini *P.* 3.
Grosse pulveratas commisce cum
Aquae fervidae *P.* 10.

Ph. Brit. Succi Conii p. 10, ad volumen dimidium evaporatis admisce Sem. Lini pulv. *P.* 40, Aq. fervidae p. 100.

Cataplasma faeculosum.

Cataplasma Amyli tuberis solani tuberosi. *Cataplasme de fecule.*

Rp. Amyli Solani tuberosi pulv. 100,0.
Misce cum
Aquae frigidae 200,0,
tum inter agitationem affunde
Aquae bullientis 800,0.
Inter agitationem per aliquot minuta adhuc calefac. *Ph. Gall.*

Eodem ratione parentur:

Cataplasma Amyli triticei.
— **Oryzae** *(Reis s. riz)* pulveratae.

Cataplasma Fermenti.
Yeast Poultice.

Rp. Fermenti Cerevisiae *P.* 30
Farinae triticeae *P.* 70
Aquae tepidae *P.* 30.
Mixtae stent loco calido, ut fermentando intumescant. *Ph. Brit.*

Cataplasma Lini.
Linseed Poultice.

Rp. Seminis Lini pulv. *P.* 10
Aquae fervidae *P.* 25.
Misce. *Ph. Brit.*

Cataplasma purgativum.

Rp. Aloës pulv.
Extracti Colocynthidis
Extracti Hellebori viridis
Mellis depurati āā *P.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0142-4

Misceantur, ut Spiritus Vini guttis aliquot additis fiat massa unguenti densitatis. *Us.:* chartae ceratae vel coreo illitum epigastrio imponitur.

Cataplasma Pradieri.

Rp. Balsami de Mecca *P.* 6
Corticis Chinae rubrae
Radicis Sarsaparillae
Herbae Salviae, $\widehat{aa}$ *P.* 8
Croci *P.* 4
Spiritus V. rectf. *P.* 300.

Balsamum in Spiritus V. parte tertia solvatur, in residuo species per 48 horas digerantur. Tincturae filtratae, tum commixtae usui reserventur.

Us. Diluatur liquor hic cum 2—3 *P.* Aquae Calcariae ustae et bene agitetur, qua mixtione Cataplasma fervidum ex semine Lini paratum humectetur.

Cataplasma Sinapis.

Senfpflaster. Senfteig.

Rp. Sem. Sinapis pulv. *P.* 3
Aquae *P.* 2 vel q. s.

Misce, ut cataplasma consistentiae mollioris fiat. (Ph. Fenn.) Vis rubefaciens, derivans.

Ph. Brit. Sem. Sinapis pulv. et Sem. Lini pulv. ana p., Aquae tepidae q. s.

Cataplasma Sodae chlorinatae.

Cataplasma Natri chlorinati.

Rp. Aquae fervidae *P.* 20
Seminum Lini pulv. *P.* 10.

Mixtis et refrigeratis adde
Liquoris Natri chlorati *P.* 5.

Ph. Brit.

Catechu Bononiense.

Cachou de Bologne; Pastilles pour les fumeurs.

Rp. Extracti Liquiritiae
Aquae destillatae $\widehat{aa}$ *P.* 100
Catechu pulv. *P.* 30
Gummi Arab. pulv. *P.* 15.

Mixtis et calore balnei vaporis evaporando ad extracti spissitudinem redactis, adhuc calidis adde miscelam subtilissime pulveratam, paratam e
Radicis Iridis Florent.
Corticis Cascarillae
Mastiches $\widehat{aa}$ *P.* 2.

Massae semirefrigeratae exacte admisce
Olei Menth. pip. Angl. *P.* 2
Tincturae Ambrae
Tincturae Moschi $\widehat{aa}$ *P.* 1/5.

Dein massam aequabilem supra laminam marmoream, oleo parce unctam, ope cylindri lignei ad tabulas planas (crassitie 1,3 millimetri) redige, quae plane refrigeratae, oleo adhaerente charta bibula absterso aquae paulo humectentur et Argento faliato obducantur. Hae tabulae tunc in minutas pastillas, tabulas vel bracteas rhombeas, ope cultri, redigantur, dein plane siccentur. Serva.

Catechu granulatum

s. in granis. *Grains de cachou.*

Rp. Catechu pulv. *P.* 5
Sacchari albi *P.* 25
Elaeosacchari Rosae
(vel Sacchari vanillati vel Elaeosacchari Menthae piperitae) *P.* 2
Mucilaginis Tragacanth. q. s.

Misceantur, ut fiat massa, quae in granula redigatur. (Granulatio massae manibus fricantibus efficitur).

Cathartina.

Rp. Foliorum Sennae *P.* 10.

Minutim concisa folia digere in
Spiritus V. rectfss. *P.* 60.

Colatura exprimendo collecta, Spiritu Vini maxima ex parte destillando elicito, calore balnei aquae ad spissitudinem extracti mollis evaporetur. Massae spissae residuae, solutae in
Aquae destill. *P.* 10,
instilla solutionem aquosam
Plumbi acetici cryst.,
quamdiu inde praecipitatum exoritur. Tum filtra, praecipitatum in filtro Aqua dest. eluendo. In liquorem filtratum
Acidum hydrosulfuricum
tamdiu inducatur, donec portiuncula liquoris filtrata a Plumbo perfecte libera reperiatur. Denuo filtra et liquorem limpidum calore balnei aquae ad siccum redige. Massam siccam contritam, cum Carbone animali commixtam, digere per aliquot horas in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0143-0

Spiritus V. absoluti *P.* 1,
tum filtra, filtrum Spiritu absoluto eluendo, et liquorem filtratum calore balnei aquae ad siccum evapora. Sit massa e flavo fusca. Medicamen obsoletum.

Causticum cosmeticum
Pollavii.

Rp. Kali caustici fusi
Saponis medicati $\widehat{aa}$ *P.* 1.
Pulveratae commisceantur cum
Calcariae ustae *P.* 8,
quae antea superfusis
Aquae calidae *P.* 3
fatiscendo in pulverem redactae sunt. Serva in vitris obturatis. (Verrucae, papillae, naevi materni, chloasma, *Leberfleck*).

Causticum cum Gutta-Percha.

Rp. Zinci chlorati vel Kali caust.
Guttae Perchae $\widehat{aa}$ *P.*
Calefaciendo colliquentur et in bacilla redigantur.

Causticum Klugii.

Rp. Calcariae hydricae *P.* 8
Kali caustici sicci
Saponis medicati $\widehat{aa}$ *P.* 1.
Misce. (Conf. Caust. Pollavii).

Causticum odontalgicum Calvyi.

Rp. Acidi nitrici puri
Aquae destill. $\widehat{aa}$ *P.* 40
Morphini acetici *P.* 1.
M. D. Pulvillus gossypinus gutta liquoris madefactus et denti carioso impressus nervum reddit hebetem.

Causticum Viennense fusum.

Lapis causticus cum Calce. Kali cum Calce. Lapis causticus Sigmundi. Causticum Viennense Filhosii. Potassa cum Calce. Pulvis Potassae et Calcis. *Poudre ou Pâte de Vienne. Caustique de Filhos.*

Rp. Kali caustici sicci *P.* 2.
Calcariae ust. tritae *P.* 1.
Mixtas in vase ferreo liqua et statim in modulum ferreum bacillarium calefactum infunde. Bacilla effecta foliis plumbeis obducenda atque in vasis exsiccatis et bene obturatis asservanda sunt.

Ph. Belg., Gall. Mixtio e Kali caust. fusi 5 et Calcar. 6.

Ph. U. St. Kali caust. et Calc. ust. ana. Sit pulvis.

Ph. Gall. Caustique de Filhos: Kali caust. 10,0. In igne fuso admisceatur Calcariae ustae 2,0.

Cauterium potentiale mitius
Ph. Bav.

Rp. Kali caustici fusi
Calcariae ustae $\widehat{aa}$ *P.*
Conterendo mixtis adde
Aquae calidae
eam quantitatem, ut fiat massa mollis. Serva in vitris obturatis.

Cauterium in bacillis.
Brennstift. Moxa.

Rp. Carbonis ligni *P.* 40
Kali nitrici *P.* 3
Tragacanthae *P.* 10.
Pulveratas commisce cum
Aquae *P.* 50 vel q. s.
ut fiat massa pilularis, ex qua formentur bacilla 8 ad 10 cm. longa et 5 ad 8 mm. crassa, quae siccentur.

Cera jodolata.
Jodolwachs. Jodolzahnwachs.

Rp. Paraffinae 20,0
Cetacei 20,0
Cerae flavae 30,0
Jodoli (Tetrajodopyrroli) 10,0
Carmini rubri 0,2.
Leni calore balnei aquae colliquando misce.

Us. Locus, ubi dens exemptus est, vel cavum dentis solutione Jodoli in Chloroformio antea illinitum, illa cera jodolata expletur. Dens cariosus etiam expletur.

Cera nigra dura.
Ceratum nigrum. *Schwarz-Wachs.*

Rp. Cerae flavae *P.* 100
[¹] Lithargyri praep., per cribrum trajecti *P.* 10.
In lebetem cupreum ingestae concoquantur inter perpetuam agitationem, donec colorem fuscum induerint. Tum addantur paulatim

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0144-6 DFG

Fuliginis e taeda ustae et bene tritae *P.* 3.

Massa agitetur, tum in cistulas e lamina alba confectas effundatur.

Rp. Cerae flavae *P.* 20
[2] Terebinthinae *P.* 5
Hydrargyri sulfurati nigri *P.* 2.

Liquando agitandoque mixtas usque ad lenem ebullitionem calefac et semirefrigeratas agitatasque in capsulas ferreas effunde.

Cera politoria.

Ceratura ad supellectilem, tabulas ligneas etc. *Politurwachs für hölzerne Gerätschaften, Fussböden etc.*

Rp. Cerae flavae *P.* 4
[1] Colophonii *P.* 1.
Liquatis semirefrigeratisque admisce
Olei Terebinthinae *P.* 1—2.

Tum agita, dum massa refrigerat. Si vis huic miscelae colorem dare, adde Terram de Siena, Umbram etc.

Us. Hac cera lignum unguitur, quod post aliquod tempus fricando poliendum est.

Rp. Stearini (Acidi stearinici) *P.* 10
[2] Cerae albae *P.* 1.
Liquatis admisce
Olei Terebinthinae *P.* 15—17.
Coloris, qui placet, q. s.

Ceratum.

Cerate Ph. U. St.

Rp. Cerae albae 30,0
Adipis suilli 70,0.
Leni calore colliquentur.

Ceratum Aeruginis s. viride.

Emplastrum Aeruginis. Emplastrum Kennedy. Cera viridis. *Grünes Wachs.*

Rp. Cerae flavae *P.* 60
Resinae Pini *P.* 30.
Liquatis admisce
Terebinthinae commun. *P.* 20
Aeruginis subt. pulv. *P.* 5.

Effunde mixtionem semirefrigeratam in capsulas e lamina alba confectas, quae antea charta humectata extersae sunt. *Ph. Germ.*

Us.: Ad clavos pedum molliendos.

Empl. divinum viride. Rp. Empl. Plumbi comp. *P.* 60, Aeruginis pulv. *P.* 3. Leni calore misce. *Us.*: contra clavum pedis.

Ceratum cum Aqua.

Ceratum Galeni.

Rp. Cerae albae *P.* 10
Olei Amygdal. *P.* 40
Aquae Rosae *P.* 30.

Leni calore inter agitationem commisceantur. *Ph. Gall.*

Ceratum arboreum.

Cera arborea. *Baumwachs.*

Rp. Cerae flavae *P.* 8
Resinae Pini *P.* 10
Sevi taurini *P.* 2
Terebinthinae comm. *P.* 10.
Liquatis inter agitationem admisce
Radicis Curcumae subt. pulv.
Aquae $\widehat{aa}$ *P.* 1.

Massa inter agitandum refrigerata ope aquae in magdaleones malaxatur.

Ceratum arboreum liquidum.

Cera arborea liquida.

Rp. Resinae Pini *P.* 10.
Liquatis inter agitationem instilla
Spiritus V. rectfss. *P.* 12

vel eam copiam, ut liquor refrigeratus linimenti spissitudinis efficiatur, tum admisce
Cretae praeparatae *P.* 2.

Ceratum ad Barbam.

Cera ad barbam. *Bartwachs.*

Rp. Fuliginis e taeda ust. *P.* 1
[1] Ochrae fuscae praep. *P.* 8.

Optime conterendo mixtae commisceantur inter assiduam agitationem cum mixtione calida, e
Cerae flavae *P.* 40
Vaselinae *P.* 35
Olei Bergamottae *P.* 1

liquando parata. Tum forma bacilla, circiter crassitie digiti, quae stanno foliato involvas.

Rp. Cerae flavae (albae) *P.* 90
[2] Olei Amygdal. *P.* 30.
Colliquatis agitando admisce

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0145-2 DFG

Saponis Veneti pulv. *P.* 100
Gummi Arabici *P.* 90
Glycerini *P.* 20
Aquae Rosae *P.* 120 vel q. s.
Olei Rosae *P.* 1
Olei Citri *P.* 2,
ut fiat massa, ex qua formentur bacilla.

Ceratum ad Barbam

Hungaricum.

Pasta s. Pomatum ad Barbam Hungaricum. *Ungarische Bartwichse.*

Rp. Cerae albae *P.* 30.
[1] Liquatis admisce l. a.
Saponis medicati pulv.
Mucilaginis G. Arabici (e 1 G. et 2 Aq.) aa *P.* 20
Glycerinae *P.* 10
Aquae Rosae fervid. *P.* 50
Olei Bergamottae *P.* 1
— Rosae *P.* 1/5,
ut fiat linimentum densius. Serva in vitris.

Rp. Saponis medicati
[2] Cerae flavae aa *P.* 8
Aquae Rosae *P.* 10
Glycerinae *P.* 2
Mucilaginis G. Arabici (ex 1 G. et 2 Aq.) *P.* 20
Olei Rosae *P.* 1/10.
M. l. a., ut supra notatum est.

Rp. Cerae albae *P.* 2
[3] Saponis Veneti *P.* 3
Aquae Rosae *P.* 6
Gummi Arab. *P.* 1—1½
Olei Rosae *P.* 1/40.
M. etc.

Rp. Saponis oleacei pulv. *P.* 100
[4] Aquae Rosae calidae q. s.
Misce, ut fiat leni calore massa pultiformis, tum adde
Cerae flavae *P.* 25
antea liquatas. Conterendo fiat massa aequabilis consistentiae unguenti mollis. Postremo adde
Olei Rosae *P.* ½.

Signetur:

Nouvelle
Pâte Henri IV.
pour fixer les
MOUSTACHES.

Ceratum Calaminae

s. epuloticum (Turneri).
Narbencerat.

Rp. Lapidis calaminaris
Cerae flavae aa *P.* 6
Olei Olivarum *P.* 12.
M. l. a., ut fiat ceratum.

Ceratum Camphorae.

Camphor Cerate Ph. U. St.

Rp. Camphorae 0,6.
Solutam in
Olei Gossypii seminis 2,4
admisce mixturae liquefactae, paratae ex
Olei Olivarum 12,0
Adipis suilli 59,5
Cerae albae 25,5.

Ceratum Cantharidum.

Rp. Cantharid. subt. pulv. *P.* 1
Cerati Cetacei *P.* 6.
M.

Ceratum Cetacei (album).

Emplastrum Spermatis Ceti.

Rp. Cerae albae
[1] Cetacei aa *P.* 40
Adipis suilli albi *P.* 70.
Liquefactas semirefrigeratasque in capsulas chartaceas effunde. Emolliens, defendens.

Rp. Paraffini optimi
[2] Cetacei
Olei Cacao aa *P.* 15
Adipis suilli *P.* 2.
Calore balnei aquae liquatae in cistam e lamina ferrea stannata confectam effundantur. Tempore hiemis recipiantur
Paraffini optimi
Cetacei
Olei Cacao aa *P.* 10
Adipis suilli *P.* 3.
Hoc ceratum per longius tempus asservatum odorem rancidum non accipit.

Ph. Germanica. Rp. Cerae albae Cetacei āā *P.* 2, Olei Amygdalar. *P.* 3.
Ph. Austr. Cerae alb., Cetac., Ol. Amygd. ana.

Ceratum commune.

Paretur ex Oleo Olivarum et Cera flava uti Ceratum simplex.

Ceratum fuscum.

Rp. Empl. Litharg. simpl. 25,0.
Calefac inter agitationem continuam, donec massa colorem e nigro fuscum acceperit, deinde adde
Cerae flavae 10,0
Adipis suilli 15,0.
Humore consumpto effunde ad tabulas. *(Ph. Austr.)*

Ceratum glutinans galeros.

Cérat aux perruques. Perrückenklebwachs.

Rp. Emplastri Plumbi simplicis, aqua eluendo a Glycerino optime liberati *P.* 20
Cerati Resinae Burg. *P.* 30
Massae emplasticae *P.* 10
Amyli tritici *P.* 5.
Leni calore liquando agitandoque misceantur.

Ceratum Hydrargyri compositum.

Scott's Dressing.

Rp. Unguenti Hydrargyri fort.
Cerati Sapon. comp. āā *P.* 15
Camphorae *P.* 4.
M. conterendo.

Ceratum labiale.

Ceratum Cetacei rubrum. Ceratum rosatum. *Pommade pour les lèvres. Lippenpomade.*

Rp. Adipis benzoinati 50,0
Olei Cacao 75,0
Cetacei 25,0
Cerae flavae 10,0
Corticis radicis Alcannae 2,0.
Liquata leni calore digerantur per horae quadrantem, dein colaturae admisce
Olei Citri cort.
— Bergamott. āā 0,5
— Amygdalar. aeth. 0,2.
Massam in capsulas e lamina alba confectas, antea charta humectata extersas, effunde.
Ph. Gall. Cerae alb. 50,0, Ol. Amygd. 100,0, Carminae 0,5, Olei Rosae aeth. gutt. 10.

Ceratum labiale flavum.

Paretur pari modo atque Ceratum labiale, nisi quod loco Corticis rad. Alcannae Radix Curcumae sumatur.

Ceratum laudanisatum.

Ceratum opiatum. *Cerate laudanisé.*

Rp. Cerati Galeni 90,0
Tinct. Opii croc. 10,0.
Misce agitando *Ph. Gall.*

Ceratum mellis.

Honigpflaster.

Rp. Emplastri Plumbi comp.
Cerae flavae āā *P.* 3.
Colliquatae commisceantur cum
Mellis depurati *P.* 3.

Ceratum odontalgicum.

Bacilla ad Dentes. *Zahnwachs.*

Rp. Cerae flavae *P.* 120
Terebinthinae Venet. *P.* 40.
Leni calore colliquatis admisce
Mastiches subt. pulv.
Sanguinis Draconis subt. pulv. āā *P.* 40
Opii pulv. *P.* 5
Olei Caryophyllor. *P.* 15.
M. Fiant bacilla crassitudinis calami scriptorii, charta cerata involvenda.

Ceratum Plumbi comp.

Ceratum Plumbi Subacetatis. *Goulard's Cerate. Cérat de Goulard.*

Rp. Aceti plumbici 10,0
[1] Cerati Galeni 90,0.
Misce conterendo. Ex tempore parandum. *Ph. Gall.*

Rp. Aceti plumbici 20,0
[2] Cerati Camphorae 80,0.
Misce leni calore. *Ph. U. St.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0147-4

Ceratum Plumbi tabulatum.

Ceratum Saturni tabulatum.

Rp. Cerae flavae *P.* 10
Adipis suilli *P.* 20.

Calore colliquatis sensim admisce
Aceti plumbici
Aquae Rosae āā *P.* 5.

Massam semirefrigeratam effunde in cistas chartaceas.

Ceratum Resinae.

Resin Cerate Ph. U. St. Basilicon Ointment Ph. U. St.

Rp. Resinae Pini 35,0
Cerae flavae 15,0
Adipis suilli 50,0.

Leni calore misce.

Ceratum Resinae Pini.

Emplastrum sticticum s. basilicum s. Picis Burgundicae s. citrinum s. resinosum. Ceratum citrinum. Ceratum flavum. *Emplâtre de poix ou de cire. Pitch Plaster.*

Rp. Cerae flavae *P.* 12
Resinae Pini *P.* 6
Terebinthinae communis
Sebi taurini āā *P.* 3.

Colliquatas in cistulas effunde, tum refrigeratas et dissectas serva. *Ph. Germanica.*

Ph. Gall. Cerat. flavum: Cerae flav. 10,0, Ol. Amygd. 35,0, Aquae 25,0.
Ph. Gall. Empl. picatum: Cerae fl. 100,0, Picis Burgund. 300,0.

Ceratum rubrum.

Cera rubra.

Paretur ut Ceratum Aeruginis, ita tamen, ut
Cinnabaris praep.
Minii āā *P.* 1
loco Aeruginis admisceas.

Ceratum Sabinae.

Savine Cerate Ph. U. St.

Rp. Extracti fluidi Sabinae 25,0
Cerati Resinae 90,0.

Leni calore agitando commisce.

Ceratum Saponis
(compositum).

Rp. Saponis domestici *P.* 10
Cerae flavae *P.* 12
Olei Olivar. *P.* 20
Lithargyri praep. *P.* 15
Aceti crudi *P.* 160.

Coquendo ad consistentiam cerati redigantur.

Ceratum simplex
(amygdalinum).

Rp. Cerae flavae *P.* 1
Olei Amygdal. *P.* 3.

Liquatae mixtaeque agitentur, donec refrixerint. *Ph. Gall.*

Ceratura Militum.

Corio-Ceratum militare. *Lederwichse. Militairlack.*

Rp. Cerae nigrae durae *P.* 4.
Liquatis adde
Olei Terebinthinae *P.* 9.

Miscelam agita, dum refrigescat. Serva in ollis clausis.

Cereoli jodati.

Rp. Gelatinae siccae
Gummi Arab. āā *P.* 20
Sacchari *P.* 10
Glycerini *P.* 5
Aquae Rosae *P.* 35.

Calore balnei vaporis colliquatis admisce
Kalii jodati *P.* 10.

Hoc liquore cereoli e Resina elastica vel Gutta Percha confecti l. a. obducantur.

Cereoli cum Opio.

Rp. Extracti Opii 0,2
Gummi Arab. 3,0
Syrupi simplicis 1,25.

Solve extractum in Syrupo; adde Gummi et fiant inde Cereoli No. 4, decem Centimetros longi. Parentur ex tempore.

Eodem modo et eadem dosi parentur:

Cereoli cum Acido tannico.

Cereoli saturnini

s. plumbici s. mitigantes.

Bleibougies.

Rp. Cerae flavae *P.* 100
Cetacei *P.* 3.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0148-0 DFG

Liquatis paulatim admisce inter agitationem assiduam

Aceti plumbici *P.* 2.

Ab igne remotis immerge telas linteas tenues, e quibus l. a. fiant simplices cereoli superficie laevi et forma exacta.

Cereoli simplices

s. exploratorii.

Einfache Bougies.

Rp. Cerae flavae *P.* 6
Olei Olivarum *P.* 1.

Liqua, tum post lenem humidi evaporationem, probe cavendo, ne empyreuma acquirant, remove ab igne, et immergendo telas linteas tenues fiant ex illis cereoli uti supra.

Cerevisia amara.

Rp. Cerevisiae fortioris *P.* 1000
Tincturae amarae *P.* 20
Tincturae aromaticae *P.* 1.

Misce.

Cerevisia antiscorbutica.

Brutolé antiscorbutique. Sapinette.

Rp. Radicis Armorac. rec. rasae
Spiritus Cochleariae
Gemmarum Pini $\widehat{aa}$ *P.* 20
Cerevisiae recent. *P.* 1000

Macera et filtra.

Ph. Gall. Gemm. Pini sicc., Fol. rec. Cochleariae ana 15,0, Rad. Armoraciae rec. 30,0, Cerevisiae 1000,0.

Cerevisia Armoraciae.

Rp. Radicis recentis Cochleariae Armoraciae rasae *P.* 5
Cerevisiae domestic. *P.* 50.

Macera. Colaturae adde

Syrupi Sacchari *P.* 5.

Cerevisia aromatica s. stomachica.

Rp. Cerevisiae Bavaricae *P.* 500
Tincturae aromaticae *P.* 2
— amarae *P.* 4
Sacchari crystall. *P.* 10.

M. et solve.

Cerevisia Cochleariae.

Rp. Herbae Cochleariae officinalis, florent. recent. conc. *P.* 5
Cerevisiae optimae *P.* 50.

Macera per 3 horas. Colatura exaequet *P.* 50.

Cerevisia Cochleariae Plenkii.

Rp. Herbae Cochleariae officinalis, florent. recent. conc. *P.* 3
Radicis Cochleariae Armoraciae recent. rasae *P.* 4
Turionum Pini contus. *P.* 2
Cerevisiae opt. *P.* 50.

Macera per diem unum. Tum cola exprimendo. Colatura exaequet *P.* 50.

Cerevisia ferrata.

Rp. Cerevisiae fuscae *P.* 500
Ferro-Natri pyrophosphorici liquidi *P.* 1.

M.

Cerevisia Ferri carbonici.

Cerevisia martiata.

Rp. Cerevisiae *P.* 10
Syrupi Ferri carbonici *P.* 1.

M. quoties usus poscit.

Cerevisia Zingiberis.

Ingwerbier.

Rp. Radicis Zingiberis conc. *P.* 5.

Affunde

Cerevisiae *P.* 500
Glycerini *P.* 10
Syrupi Sacchari *P.* 25
Spiritus V. rectfss. *P.* 10.

Macera per diem unum, tum per telam laneam funde.

Gingerbeer Anglorum.

Rp. Cerevisiae Zingiberis *P.* 500
Acidi citrici cryst. *P.* 1
Elaeosacchari Citri *P.* 3.

Misce et fortiter conquassa. Tum sepone per duos dies et decantha.

Cerium bromatum.

Bromidum s. Bromuretum Cerei.

$CeBr_2 = 254 \sim CeBr = 127$.

Rp. Cerii oxalici q. v.

In vas porcellaneum immissum calefiat et agitetur, donec in pulverem e flavo fuscum conversum fuerit. Hic pulvis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0149-8
DFG

Acidi hydrochlorici
quantitate sufficiente solutus et calefactus commisceatur cum

Natri carbonici soluti
quantitate sufficiente, ut liquor sit reactionis alkalinae. Praecipitatum inde ortum, aqua bene elotum solvatur paullatim affundendo

Acidi hydrobromici q. s.,
donec liquor limpidus exhibeatur. Tum liquor leni calore, loco a luce remoto, inter agitationem evaporetur, interdum

Acidi hydrobromici
guttas aliquot instillando, donec in massam siccam, e griseo subfuscam conversus fuerit, quae contrita in vitris nigricantibus et loco obscuro frigidoque servetur.

Sit saporis styptici subdulcis, in aqua spirituque solubile, cum aqua solutionem paullum modo turbidam praebens. *Dosis* 0,05—0,1—0,13 bis terve per diem. (Conf. sal sequens.)

Cerium oxalicum.

Oxalas Cerii. *Oxalate of Cerium.*
$Ce_2(C_2O_4)_3 \cdot 9H_2O = 708$
$Ce^2O^3, 3C^2O^3, 9HO = 354$ *Ph. U. St.*

Rp. Cerii chloridati 10,0.
Solve in
Aquae destillat. 200,0.
Tum inter agitationem adde
Liquoris Ammonii oxalici q. s.
donec praecipitatio ad finem adducta fuerit. Praecipitatum collige, aqua ablue, tum leni calore sicca. Sit pulvis albus inodorus insipidusque, insolubilis in aqua et spiritu vini, solubilis in Acido hydrochlorico. Antispasmodicum, tonicum. *Dosis:* 0,1—0,15—0,2 in aq. soluta bis terve per diem (pertussis, tussis convulsiva, emesis, vomitus gravidarum, dyspepsia, pyrosis, cardialgia etc.).

Ceromel.

Rp. Mellis crudi *P.* 4
Cerae flavae *P.* 1.
Calore lene optime commisceantur. Antidiarrhoicum, antidysentericum.

Cetaceum saccharatum.

Cetaceum cum Saccharo. Cetaceum praeparatum.

Rp. Sacchari albi pulv. *P.* 3
Cetacei albissimi *P.* 1.
In lebetem porcellaneum immissas leni calore calefac, donec Cetaceum liquatum sit. Massam refrigescentem agita, contere et per cribrum trajice.

Rp. Cetacei albissimi,
Sacchari albi aa *P.* 1.
In mortario inter adspergendum guttulas nonnullas Spiritus V. alcoholisati conterendo in pulverem redige, quem, admixtis
Sacchari albi pulv. *P.* 2,
per cribrum trajice. Serva in ollis vitreis obturatis. Antistimulans (in tussi, raucitate, angina).

Charta adhaesiva.

Charta vegetabilis Indica. *Ostindisches Pflanzenpapier.*

Rp. Ichthyocollae concis. *P.* 10
(vel Gelatinae albae *P.* 12).
Solve macerando et digirendo in
[1] Syrupi Sacchari *P.* 1 et
Aquae destill. *P.* 50.
Colaturae admisce
Spiritus V. rectf. *P.* 30.
Hoc liquore tepido l. a. saepius illinatur
Charta tenuior.
Denique Charta solutione Ichthyocollae dilutiore illinatur. Chartam plane siccatam in dorso postremo Collodio lentescente obline et premendo laeviga.

Rp. Gummi Arabici 10,0
[2] Sacchari albi 3,0
Glycerinae 2,0
Aquae destill. 40,0.
Solutione peracta inter agitationem calefac, ut liquor per minuta decem ebulliat et pondus liquoris ad 42,0—45,0 reductum sit. Charta hoc liquore illita in aëre seponatur, ut lente siccetur.

Charta antasthmatica.

Papier antiasthmatique.

Rp. Foliorum Belladonnae
— Stramonii
— Digitalis
— Lobeliae
— Salviae aa *P.* 5.
Concisis affunde
Aquae fervidae *P.* 1000.
In colatura solve
Kali nitrici *P.* 75.

Liquori refrigerato admisce
Tincturae Olibani
Tincturae Myrrhae ana *P.* 10
Tincturae Benzoës *P.* 40.

Liquori plagulae chartae coloris rosei, non glutinatae, per horas 24 immergantur. Dein charta ex liquore exempta siccetur et dissecetur in frusta rectangularia latitudinis 7 centimetrorum et longitudinis 10 centim. Centena frusta dentur ad scatulam.

Charta antasthmatica densata.

Charta fumifera. *Carton antiasthmatique. Carton fumigatoire.*

R. Chartae bibulae griseae 120,0.

Macera in aquae fervidae quantitate sufficiente, interdum agitando, ut fiat puls, quae leni pressione ab aqua, magna ex parte, liberata contundendo in mortario commisceatur cum pulvere e
Kali nitrici 60,0
Fruct. Phellandrii aq.
Radicis Belladonnae
Herbae Stramonii
Foliorum Digitalis
Herbae Lobeliae inflat. ana 5,0
Myrrhae et Olibani $\widehat{aa}$ 10,0

commixto. Massa obtenta homogenea inter laminas ferreas stannatas comprimendo in lamellam transformetur, tum siccetur. Haec lamella in partes triginta sex (36) inter se aequales dividatur, in cista clausa asservandae. *Ph. Gall.*

Charta antirheumatica.

Charta antarthritica. Charta resinosa s. picea s. piceata. *Emplâtre du pauvre homme. Gichtpapier.*

Similiter atque Charta antirheumatica flava ita paretur, ut loco Resinae Pini mixtonem e
[1] Resinae Pini et
Picis navalis $\widehat{aa}$ *P.* 8
paratam adhibeas.

Rp. Cerae flavae *P.* 1
[2] Colophonii *P.* 3
Picis navalis *P.* 2.

Colliquatis ope machinae sparadrapicae charta oblinatur. *Ph. Gall.*

Pharm. Germanica: Rp. Picis nigrae, Terebinthinae $\widehat{aa}$ *P.* 6, Cerae flava *P.* 4, Colophonii *P.* 10.

Charta antirheumatica flava.

Rp. Resinae Pini *P.* 30
Cerae flavae *P.* 15.

Leni calore liquatis paulatim admisce
Tincturae Cantharidum
Tincturae Euphorbii $\widehat{aa}$ *P.* 1.

Spiritu inter perpetuam agitationem evaporato, massam in capsulas e lamina alba confectas, spongia humectata tersas, effunde.

Hac massa refrigerata chartam scriptoriam tenuiorem (*Postpapier*) eadem ratione obducas, qua charta cerata parari solet.

Charta arsenicalis.

Cigarettes arsénicales. Papier arsénical.

Rp. Natri arsenicici cryst. 1,0.
Solve in
Aquae destillatae 20,0.

Liquore hoc plagula chartae bibulae imbuatur, quae siccata in partes aequales viginti (20) dividatur, quarum singulae contineant Centigrammata quinque salis arsenicici.

Pars chartae hujus arsenicalis in tubulum convoluta inseratur tubulo cigaretaceo, e charta facto. *Ph. Gall.*

Usus: In cigaretas transformata in asthmate et phthisi.

Charta atropinata.

Rp. Atropini sulfurici *P.* 5.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 250
Spiritus V. rectfss. *P.* 50.
Hac solutione
Charta bibula tenerrima s. sericea

irrigetur, tum siccetur. Modo eodem age, quo Charta calabarina paratur. Pars quadrata contineat grm. 0,0001 sulfatis Atropini.

Charta calabarina.

Calabarpapier.

Rp. Extracti Calabaricae fabae 0,2.
Solve in
Spiritus Vini fort. 2,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0151-4 DFG

Acidi acetici Gutt. 2
Glycerinae Gutt. 5.

Charta sericea, magnitudinis decimetri unius, ope styli plumbarii in partes centum quadratas divisa, per liquorem perducatur, tum in aëre siccata denuo per liquorem perducatur, ut pars quadrata (diametri 1 cm) siccata circiter 0,002 gramm. extracti contineat. Contractio pupillae efficitur. Charta Physostigmino salicylico imbuta praeferenda est.

Hanbury praecipit Extr. Calab. 0,2 in Glycerinae 6,0 solutum, quo liquore chartae sericeae decimetrum unum quadraticum, in partes 100 quadratas divisum, imbuendum est. (Ophthalmicum.) Conf. Chart. physostigminat.

Charta cantharidata.

Cantharides Paper.

Rp. Cerae albae 20,0
Spermaceti 10,0
Terebinthinae laricinae 2,5
Olei Olivae optimi 10,0.
Liquatis mixtisque adde
Cantharidum pulv. 3,0.

Digere interdum agitando per horas tres, tum loco calido filtra. Massam refrigeratam in chartam albam bibulam eo modo transfer, quo charta paraffinata vel cerata paratur.

Charta carbonisata.

Papier carbonifère.

Rp. Chartae bibulae albae plagulas duas.
Strato tenuiore
Carbonis vegetabilis subtilissime pulverati
interposito, aqua conspergantur et inter laminas ferreas fortiter premantur, tum siccentur. Vulneribus purulentis aut sicca aut Aqua carbolisata humectata imponitur.

Charta ad Cauterium.

Papier à cautères.

Rp. Cerae flavae *P.* 384
[1] Cetacei
Elemi $\widehat{aa}$ *P.* 193
Terebinthinae Venet. *P.* 230.
Liquatae extendantur super chartulas. (*Ph. Belg.*)

Rp. Picis albae depuratae *P.* 45
[2] Cerae albae *P.* 60
Terebinthinae laricinae *P.* 10.

Leni calore misce. Massa liquata, si opus fuerit, colata supra chartam modo sparadrapi extendatur, quae in tabulas rectangulas centimetros 10 longas et centimetros 6 latas dissecando dividatur. (*Ph. Gall.*)

Charta chemica.

Papier chimique. Papier Fayard et Blayn.

Rp. Chartam ceratam valde te-
[1] nuem,
quam tenuiter obline
Emplastro fusco,
Camphoram non continente.
Rp. Olei Olivarum *P.* 200.

In lebetem satis capacem immissae igne aperto calefiant, donec vapores emittere coeperint. Tum inter agitationem
[2] Minii pulverati *P.* 100
paulatim ingerantur. Effervescentia inde orta remissa, miscelam inter agitationem incalfacere perge, donec iterum effervescere coeperit. Tum, lebete remoto ab igne, assidue agita, ut spuma albida exoriatur. Quo facto inter agitationem adde
Cerae flavae *P.* 6.

Charta, cui haec massa emplastica inducenda est, sit tenerrima sericea (charta musselinea), et antea massa secundum praeceptum sequens parata imbuendo densata sit:

Rp. Olei Lini *P.* 100
Bulbi Allii sativi concisi P. 10.

Calefiant igne aperto, donec bulbus Allii fuscescat humidumque consumtum fuerit, tum colentur. Colaturae immisce
Olei Terebinthinae *P.* 80
Ferri oxydati rubri laevigati *P.* 40
Cerussae cum Olei paulo laevigatae *P.* 15.

Charta miscela hac spongiae ope marinae peruncta per hebdomades duas in virgis suspensa teneatur, ut siccetur.

Pagina tantum una chartae hoc modo praeparatae ope penicilli vel instrumenti proprii massa emplastica supra notata illinatur. *Ph. Gall. Usus:* Ad obtegendum erosiones, intertrigines etc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0152-0 DFG

Charta epispastica.

Papier épispastique (de Vée).

Tria genera hujus chartae adhibentur.

Massa basica.

Rp. Sebi ovilli 240,0
Adipis benzoïnati 360,0
Cantharidum grosse pulv. 100,0.

Digere per dies duos calore balnei aquae, tum exprimendo cola et deïn filtra.

Chart. episp. No. I.

Rp. Massae basicae 360,0
Adipis benzoïnati 150,0
Sebi ovilli 100,0
Cerae albae 60,0.

Misce calore modico.

Chart. episp. No. II.

Rp. Massae basicae 450,0
Adipis benzoïnati 90,0
Sebi ovilli
Cerae albae $\widehat{aa}$ 60,0.

Misce calore modico.

Chart. episp. No. III.

Rp. Massae basicae 600,0
Cerae albae 60,0

Misce calore modico.

Illa massa charta in pannulos oblongos dissecta satietur. Charta tum refrigerata in tabulas rectangulas centimetros 10 longas et centimetros 6 latas dissecando dividatur. *Ph. Gall.*

Nota. Loco Chartae interdum adhibent telam sericeam tenerrimam.

Charta epispastica melior.

Papier épispastique. Reizpapier. Blistering Paper.

Rp. Cerae albae *P.* 24
Cetacei *P.* 9
Olei Olivarum *P.* 12
Terebinthinae laricinae
Cantharidum pulv. $\widehat{aa}$ *P.* 3
Aquae *P.* 20.

In lebetem stanno obductum immissae per horam unam inter agitationem calefactentur, dein per panum laneum sine expressione fundantur. Colatura in vas planum ingesta calore balnei aquae calefiat, tum taeniae latiores chartae eo modo supra massam liquidam trahendo ducantur, ut tantum pagina una chartae pinguedine inducatur. Charta hoc modo uncta in tabulas magnitudine Chartae ad cauteres dissecando dividatur.

Praeceptum notatum praebet Chartam epispasticam No. I. Ad parandam Chartam epispasticam No. II. quantitas Cantharidum parte una (1) augenda est (*Ph. Gall. 1866*).

Ph. Brit. Cerae alb. 16, Cetacei 6, Ol. Oliv. 8, Resinae pini 3, Catharid. 4, Aquae 24. In balneo vaporis massa per horas duas calefacta ab aqua liberetur, tum Balsami Canad. 1 admisceatur, deinde chartae illinatur.

Charta cum Gnidii Extracto.

(Charta mezereata.) *Papier au garou. Papier épispastique d'Albespeyre.*

Rp. Extracti aetherei Gnidii *P.* 15.
Solutis in
Spiritus V. rectfss. *P.* 50
adde
Cerae albae *P.* 240
Cetacei *P.* 90
Olei Ricini *P.* 120
Terebinthinae laricinae *P.* 30.

Leni calore colliquatae tamdiu calefiant, donec Spiritus Vini evaporando consumptus fuerit, tum colentur per linteum. Massa eodem modo in chartam inducatur, qui de paratione Chartae epispasticae notatus est.

Praeceptum praebet Chartam Gnidii No. I. Ad parandam Chartam No. II quantitas Extracti Gnidii partibus quinque (5) augenda est. (*Ph. Gall.*)

Charta exploratoria caerulea.

Lackmuspapier. Blaues Reagenzpapier.

Rp. Laccae Musci pulv. *P.* 1.
Affunde
Aquae dest. fervid. *P.* 6.

Digere per 12 horas. Liquor filtratus dividatur in duas partes, quarum alteri instilletur

Acidi phosphorici q. s.

ut liquor rubescat. Tum admisce alterius partis eam quantitatem, donec mixtura colorem caeruleum iterum induerit. Hac mixtura segmenta chartae

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0153-6 DFG

albissimae, tenuioris, glutine minus imbutae, illinantur, ita quidem, ut non nimis saturate tincta sint. Charta loco umbroso suspensa siccetur, atque in vitris obturatis servetur.

Charta exploratoria lutea.

Rp. Radicis Curcumae grosso modo pulv. *P.* 1
Spiritus V. rectf. *P.* 6.

Digere. Chartam albam tenuem, hac tinctura filtrata imbutam, sicces, ut supra notatum est.

Charta exploratoria rubra.

Rothes Reagenzpapier.

Rp. Acidi phosphorici *P.* 1
Aquae destill. *P.* 15.

Mixtis segmenta Chartae exploratoriae coeruleae illinantur, quae siccata in vitris obturatis serva.

Charta ad Fonticulos.

Sparadrap de cire. Fontanellpapier.

Rp. Emplastri Plumbi simpl. P. 50
Resinae Pini
Cerae flavae
Olei Olivarum aa *P.* 2
Terebinthinae *P.* 5.

Liquatae in chartam scriptoriam ope penicilli mollioris transferantur ac large expandantur.

Sparadrapum Cerae. *Toile de mai.*

Rp. Cerae albae *P.* 250
Olei Amygdalar. *P.* 125
Terebinthinae *P.* 32.

Liquatis imbuantur telae, atque inter ligna duo recta et compressa perducantur, ut massae emplasticae, quidquid excedat, abradatur.

Papier à cautères. Fontanellpapier.

Rp. Resinae Burgund. *P.* 90
Cerae flavae *P.* 120
Terebinthinae Venet. *P.* 20
Balsami Tolutani sicci P. 1.

Leni calore colliquatis colatisque charta aequabiliter linatur.

Charta fumigatoria

s. fumalis orientalis.

Räucherpapier.

Rp. Benzoës pulv. *P.* 15
Balsami Tolutani *P.* 10
Spiritus V. alcohol. *P.* 90.

Digere per biduum et saepius agita. Tum colatura filtrata leni calore (in congestore vaporario Hageri) evaporetur ad partes remanentes 55, quibus admisce

Balsami Peruviani *P.* 8
Tincturae Ambrae spirit.
— Moschi aa *P.* 1
Olei Cassiae cinnamom.
— Caryophyllorum aa *P.* 3
— Ligni Rhodii
— Macidis aa *P.* 2.

Hac mixtione charta scriptoria oblinatur, quae antea solutione Aluminis crudi aquosa imbuta atque tum siccata est.

Signa: Segmentum chartae fumigatoriae supra flammam candelae aut lampadis moveatur, ita ut valde calefiat, sed non inflammetur.

Charta haematoxylinata.

Charta exploratoria pigmento ligni Campechiani imbuta. *Blauholzpapier.*

Rp. Ligni Campechiani, quod cum cura e ligno interiore (e parenchymate centrali) recens exsectum est, *P.* 30.

Quam celerrime raspentur (luce diurna semper prohibita) et in lagenam immissae superfundantur

Spiritus Vini rectfss. *P.* 120
Aqua destill. *P.* 360.

Post aliquod tempus digestionis cola. Colaturae adde

Aluminis kalici (!), a ferro perfecte liberi *P.* 1—1¼,

tum solutionem filtratam aquosam, paratam e

Calcii chlorati puri fusi *P.* 12,

quae solutio pauxillo

Acidi hydrochlorici puri

acidula facta est.

Liquori hac mixtione turbato accuratius instilla

Acidi hydrochlorici puri

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0154-2
DFG

justam quantitatem, donec segmenta chartae bibulae tenuioris Suecicae (a ferro calcariaque plane liberae) liquore imbuta, adhuc humida colore ex albido rubente (colore florum Persicae vulgaris) tincta reperiantur.

Si charta colorem purpureum accepit, liquori Acidum hydrochloricum insuper instillandum est, si vero colorem citrinum exhibet, hujus Acidi nimia copia inest.

Charta inter siccandum prodiens decolor aut colore inaequaliter tincta non satis aqua eluta est. Melius agis, si chartam antea Acido hydrochlorico maxime diluto eluis.

Charta liquore juste parato imbuta, loco tepido, a gasis ammoniacalibus quam maxime libero, celeriter siccetur et statim in vitris optime obturatis, a luce remotis asservetur.

Liquor tinctorius asservari potest. Loco Aluminis kalici adhibere licet Cupri sulfurici puri *P.* 1/4.

Charta haematoxylinata ad aërem seposita, qui vestigia Ammonii continet, saturatius caerulescit.

Charta haemostatica.

Styptic Paper. Blutstillendes Papier.

Rp. Aluminis *P.* 15
Acidi benzoici via humida parati *P.* 5
Aquae destill. *P.* 150.

Digerendo fiat solutio, qua charta bibula crassior humectetur. Charta haec siccata

Ferro oxydato dialysato

irrigetur et denuo loco a luce remoto siccetur.

Charta haemostatica Pagliari.

Charta bibula crassior hinc Aqua haemostatica Pagliari, illinc Liquore Ferri sesquichlorati illita, tum leni calore siccata.

Charta jodoformiata.

Rp. Amyli *P.* 10
Aquae communis *P.* 8.

Mixtis affunde

Aquae ebullientis *P.* 50,

ut fiat puls, cui immisceantur

Jodoformii *P.* 5.

Haec puls supra chartam bibulam expandatur et siccetur. Desinficiens; ad usum loco calido seponitur.

Charta nitrata.

Charta Potassii Nitratis.
Salpeterpapier.

Rp. Kali nitrici puri *P.* 1.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 5.

Liquore charta bibula imbuatur, quae siccetur.

Ph. Germanica, Ph. U. St. Kali nitrici *P.* 1, Aquae destill. *P.* 4.

Usus: Charta nitrata gliscendo ardens aërem corruptum salubriorem facere dicitur, vapores etiam hausti in asthmate laudantur. Cigarettae charta nitrata obvolvuntur.

Charta oleosa.

Charta oleata. *Oelpapier.*

Rp. Olei Lini *P.* 40
Lithargyri *P.* 4.

Inter agitationem per horam unam coque, tum adde

Ceresinae *P.* 3
Terebinthinae *P.* 2.

Denuo per minuta decem coque, tum charta sericea liquore oleoso irrigetur et charta in aëre siccetur. Taffetas cereatus hac charta compensatur.

Charta pergamena.

Pergamentpapier.

Charta densior, glutine non imbuta, miscela ad + 15° C. refrigerata ex

Acidi sulfurici Angl.
Volum. 2 et
Aqua destill. Volum. 1

parata, imbuatur. Tum aqua perfecte eluatur et siccetur.

Charta phenylata.

Charta carbolisata. *Karbolpapier.*

Rp. Acidi stearinici
Paraffinae liquidae $\widehat{aa}$ *P.* 5.

Leni calore colliquatis admisce

Acidi carbolici puri *P.* 5.

Quo facto inter agitationem affunde

Paraffinae depuratae *P.* 10

antea leni calore liquatas. Mixtura bene agitata in cistam e ferro laminato stannato confectam infundatur, ut refrigescat et rigescat. Tum charta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0155-8 DFG

scriptoria tenuior hac massa eadem ratione imbuatur, qua charta cerata parari solet.

Charta physostigminata.

Charta calabarinata. Charta calabarica.

Paper impregnated with extract of Calabar Bean.

Rp. Extracti Seminis Physostig-
[1] matis *P.* 1.
Solve in mixtura, parata ex
Spiritus Vini rectfss. *P.* 5
Aquae destillatae *P.* 10.

Sepone per unum diem, tum, si opus fuerit, filtra.

Dein liquore, in planam patinam immisso, segmenta chartae tenuis bibulae (chartae filtratoriae Suecicae), antea trutina accurate examinata, imbuantur et loco umbroso tepidoque siccentur. Operatio imbuendi et siccatio repetantur. Quo facto segmenta singula sicca, iterum trutina examinata, premendo laevigentur et lineamentis quadrata conformantibus (styli stannei acuti amussisque ope) signentur, ita tamen, ut quadrata 240—250 extracti sicci Centigrammata sex (6) contineant. Ergo segmentum chartae extracti sicci Centigrammata sex continens in quadrata 240—250 dividatur.

Rp. Extracti Physostigmatis (*Ph.*
[2] *Germ.*) 2,5.
Solve in
Spiritus Vini diluti 12,0.

Hoc liquore filtrato chartae bibulae 1000 centimetra quadrata permadefacta et laminis vitreis imposita loco tepido siccentur. Divisio chartae a medico significatur et ope stili plumbici efficiatur.

Charta sinapinata.

Moutarde en feuilles. Papier moutarde. Senfpapier.

Rp. Seminis Sinapis q. v.

In pulverem fere subtilem redigatur, tum fortiter exprimatur, deinde Carboneo sulfurato affuso perfecte ab oleo pingui liberetur. Placenta e prelo exempta, in pulverem redacta per cribrum trajiciendo supra chartam paullum crassam et glutine densatam dispergatur, quae charta vernice parata e

Resinae elasticae *P.* 10
Colophonii pulverati *P.* 3
Benzinae *P.* 10
Carbonei sulfurati *P.* 250

antea et recens illita est. Tum charta inter duos cylindros (phalangas) permittendo densetur. Charta cum strato sinapino sit millimetrum unum crassa. Charta aqua humectata cuti applicatur.

Loco liquoris agglutinatorii, e resina elastica parati etiam adhibenda est quantitas aequalis solutionis Guttaperchae in Chloroformii quantitate decupla.

Loco duorum cylindrorum demadefactorium linteorum (*Wringrolle, Wringmaschine*) adhibere potes.

Ph. Brit. praecipit mixturam paratam e

Liquoris Guttapercha p. 20
et Sem. Sinapis pulv. p. 10.

Charta sumbulina.

Papier mit Sumbulharz.

Rp. Resinae Sumbuli *P.* 1.
Solve in
Spiritus V. rectfss. *P.* 3.

Charta tenuiore hac solutione ter illinatur, tum siccetur. Parti corporis rheumaticae vel tumidae imponitur.

Charta vesicatoria (Haeusleri).

Vesikatorpapier.

Rp. Cerae citrinae *P.* 15
Olei Cantharidum *P.* 10
Cetacei *P.* 8
Terebinthinae laricinae *P.* 2.

Leni calore liquatae, in chartam scriptoriam translatae ope aut penicilli mollioris aut machinae sparadrapicae large expandantur.

Chinetum.

Quinetum.

Alcaloïdes e cortice Cinchonae succirubrae Javanensis secreti. Compensatio Chineti est mixtio sequens:

Rp. Chinini sulfurici
Chinidini sulfurici
Conchinini sulfurici
Cinchonidini sulfurici $\widehat{aa}$ 10,0.
Solve in
Aquae destill. 300,0
Acidi sulfurici diluti 20,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0156-4
DFG

Liquori inter agitationem immisce

Liquoris Natri caustici q. s.,

donec mixtura alkalina facta est, ut alkaloïdes plene praecipitati sint. Praecipitatum aqua elutum loco tepido siccetur. *Dosis* ei Chinini sulfurici aequalis est.

Chininum aceticum.

Acetas Quininae.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot C_2H_4O_2 = 384$.

Rp. Chinini sulfurici (basici) *P.* 10

Natri acetici cryst. *P.* 4,

Aquae destill. *P.* 300.

Lebeti porcellaneo immissae usque ad solutionem salium ebulliant et per diem unum et noctem loco frigido seponantur. Massa congelata, bacillo vitreo agitata in filtrum injiciatur et in eo aquae frigidae aliquantulo abluatur. Tandem eam inter chartam bibulam preme et charta involutam loco vix tepido (25° C.) sicca. Effic. circiter *P.* 8.

Chininum aceticum neutrale.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot 2C_2H_4O_2 + 3H_2O = 498$—
$C^{20}H^{12}NO^2, C^4H^4O^4 + 3HO = 249$.

Rp. Chinini puri *P.* 20

Aquae destill. *P.* 200.

Mixtis et calefactis (ad 60—70° C.) instilla inter agitandum

Aceti conc. (pd. sp. 1,040) *P.* 21

aut quantum ad reactionem modice acidam requiritur. Liquor evaporando usque ad volumen dimidium redactus per quatuor dies loco frigido seponatur. Tum massam crystallinam exprime et calore evitato sicca. Liquorem residuum evaporando et seponendo iterum in crystallula redige etc. Sint crystallula acicularia reactionis acidae.

Chininum aethylo-sulfuricum.

Chininum sulfoaethylicum. Aethylosulfas Quininae. Chininum sulfovinicum. Sulfovinas Quininae.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot C_2H_5 \cdot HSO_4$—
$2C^{20}H^{12}NO^2, C^4H^5O, SO^3, HO, SO^3 = 450$.

Rp. Chinini sulfurici 100,0

Barytae aethylo-sulfuricae cryst. 38,5.

Quodque sal in

Spiritus vini

quantitate minore solve, tum solutiones commisce, posterius filtra. Liquorem limpidum calore modico evapora et loco tepido in massam siccam redige. Sit pulvis crystallinus albus, facile in aqua et in spiritu solubilis, in aethere insolubilis. *Usus:* Ad injectiones.

Chininum arsenicicum.

Arsenias Quininae s. chininicus.

$(C_{20}H_{24}N_2O_2)_2 \cdot H_3AsO_4 + 8H_2O = 934$.

Rp. Natri arsenicici exsiccati *P.* 3.

In cucurbitam vitream immissas solve ebulliendo in

[1] Aquae destill. *P.* 120.

Tum, paulatim admixtis

Chinini sulfurici (basici) *P.* 7,

digere per aliquot horas et saepius agita. Dein liquorem loco frigido per diem unum sepone, massam crystallinam separa, parva quantitate aquae frigidae ablue et loco tepido exsicca. Pulvis remanens caute servetur in lagenis obturatis.

Rp. Acidi arsenicici sicci *P.* 3.

Solve

[2] Aquae destillatae *P.* 100.

Liquori ad ebullitionem usque calefacto immitte

Chinini hydrati puri *P.* 10.

Liquor ebulliens et bene agitatus seponatur loco calido, ut sensim ad siccum redigatur. Chininum arsenicicum siccatum contineat 25% Acidi arsenicici anhydri.

Dosis: 0,002—0,004—0,01 bis vel ter per diem unum. Caute!

Chininum carbolicum.

Chininum phenylicum. Chininum phenolicum. *Phenolchinin.*

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot C_6H_6O = 418$.

Rp. Chinini hydrati puri *P.* 10

Acidi carbolici puri *P.* 6

Spiritus V. alcoholisati *P.* 40.

Mixtae calore leni (50—60°) ad massam consistentiae Terebinthinae evaporentur et serventur.

Dosis: 0,2—0,3—0,5 ter quaterve per diem unum in pilulis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0157-0 DFG

Chininum chinicum.

Chinas Quininae s. chininicus.
Chinasaures Chinin.

$C_{20}H_{24}N_2O_2{\cdot}C_7H_{12}O_6+2H_2O$—
$2C^{20}H^{12}NO^2,C^{14}H^{11}O^{11}+5HO=552$.

Rp. Chinini hydrati puri,
Acidi chinici cryst. $\widehat{aa}$ *P.* 10.

Mixtis et in catinum porcellaneum immissis affunde inter agitationem

Aquae dest. fervidae *P.* 40.

Miscela semel ebulliat. Dein catinum loco tepido (25° C.) repone, donec miscela in massam salinam siccam albidam conversa sit. Hanc contritam in ollis vitreis serva.

Solubile in aquae partibus quatuor. *Usus:* Ad injectiones subcutaneas.

Chininum citricum.

Citras Quininae.

$2C_{20}H_{24}N_2O_2{\cdot}C_6H_8O_7+2H_2O=876$.

Rp. Acidi citrici cryst. 10,5.
Solve in

Aquae destill. fervidae 650,0.

Solutioni inter agitationem adde

Chinini hydrati puri 37,0.

Tum liquorem per biduum loco frigido sepone. Crystalla orta collige et supra chartam bibulam in aëre calorem evitando sicca. Lixivium ultimum evaporando, refrigerando crystallisandoque crystalla nonnulla edit. Sint crystallula reactionis paullulum acidulae.

Chininum ferrocitricum.

Chininum citricum martiatum.
Chininum ferroso-citricum. Ferro-Chininum citricum. Citras ferroso-chininicus.

Rp. Acidi citrici *P.* 6.
Aquae destillatae *P.* 200
solutis adde
Ferri pulverati *P.* 3.

Leni calore solutio fiat et evolutione gasis hydrogenii finita filtretur. Liquori filtrato evaporando ad ponderis sui quadrantem redacto admisce

Chinini hydrati puri *P.* 1,

tum liquor ad syrupi spissitudinem evaporatus penicilli ope laminis vitreis vel patinis porcellaneis illinatur et loco tepido exsiccetur.

Sint lamellae nitentes, diaphanae, coloris e rubro fusci, saporis amari, ferruginei, in aqua facile, difficulter in spiritu solubiles. Solutio aquosa kalio ferricyanato addito praecipitatum caeruleum demittat. *Ph. Germanica.*

Chininum et Ferrum sulfuricum.

Rp. Ferri sulfurici cryst. (Sulfatis ferrosi) *P.* 30.
Solutis in
Aquae destillatae *P.* 180
admisce
Chinini sulfurici *P.* 30
Acidi sulfurici diluti *P.* 20.

Leni calore evaporentur usque ad crystallisationis punctum et seponantur. Crystalla collecta inter chartam bibulam premendo desiccata serva in vitro obturato.

Chininum hydrobromicum (basicum).

Hydrobromas Quininiae (basicus).
Subbromhydras quinicus *Ph. Gall.*

$C_{20}H_{24}N_2O_2{\cdot}HBr{\cdot}H_2O$—
$(C^{20}H^{12}NO^2)_2HBr+2HO=423$.

Rp. Chinini sulfurici 100,0
[1] Kalii bromati 27,0.
Contritis affunde
Aquae dest. fervidae 100,0.

Tum calore balnei aquae inter agitationem ad siccum evapora. Massae terendo in pulverem redactae affunde

Spiritus V. absoluti 300,0.

Post macerationem loco tepido per horas duas liquorem limpidam decantha et massam residuam denuo macera, Spiritus absoluti quantitate minore affusa, tum decantha.

Liquores decanthati commixti loco vix tepido evaporationi spontaneae permittantur, ut crystalla secernant.

Rp. Chinini sulfurici 100,0
[2] Aquae destillatae 800,0.

Mixtis et usque ad ebullitionem calefactis paulatim adde liquoris parati e

Baryi bromati cryst. 38,0
Aquae destillatae 250,0

quantitatem sufficientem, ut liquor filtratus ab Acido sulfurico plane liber sit. Liquor calidus filtratus et calore balnei aquae primum ad bessem (2/3) voluminis redactus ad crystallisationem seponatur etc. *Ph. Gall.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0158-6 DFG

Sint crystalla acicularia albissima, serico-nitentia, solubilia in aquae p. 50. Centenae partes continent p. 76,6 Chinini. *Dosis*: 0,1—0,5—1,0 pro die (emesis hysterica, neuroses stomachales).

Chininum hydrobromicum
(neutrale s. acidum).

Bromhydras s. Hydrobromas Quiniae s. quinicus (neutralis s. acidus).

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot 2H_2Br + 3H_2O - C^{40}H^{24}N^2O^4, 2HBr + 6HO = 540$ *Ph. Gall.*

Rp. Chinini sulfurici 100,0
Acidi sulfurici diluti (1 : 9) 112,5
Aquae destillat. 800,0.

Mixtis atque ad ebullitionem calefactis paulatim adde solutionis paratae e
Baryi bromati cryst. 76,0
Aquae destillatae 200,0
quantitatem sufficientem, ut liquor filtratus ab Acido sulfurico plane liberatus sit. Hic liquor filtratus calore balnei aquae ad 350,0—355,0 evaporando redactus ad crystallisationem seponatur.

Sint crystalla prismatica decoloria, in aquae frigidae p. septem solubilia. Dispensentur, si medicus aut sal neutrum aut acidum praescribit. *Ph. Gall.* *Dosis*. 0,2—0,5—1,0 pro die.

Chininum hydrochloricum.

Chininum muriaticum. Hydrochloras Quininae (basicus).

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot HCl \cdot 2H_2O - (C^{20}H^{12}NO^2)^2, HCl + 4HO = 396,5.$

Rp. Baryi chlorati cryst. *P.* 9.
Immissis in cucurbitam vitream affunde
Aquae destillatae fervidae *P.* 300.
Solutione peracta adde
Chinini sulfurici (basici) *P.* 32.

Conquassatas digere calore balnei aquae per semihoram. Si gutta exempta, Aquae destill. paulo diluta et filtrata addito acido sulfurico diluto turbida fit, liquori Chinini sulfurici pauxillum addendum est, si vero gutta altera exempta addendo Baryum chloratum solutum turbatur, adde pauxillum Baryi chlorati soluti. Tum filtra liquorem adhuc calidum, filtrum Aqua destillata fervida abluendo, et sepone loco frigido. Crystallula exorta in linteo collige, leviter exprime et inter strages chartae bibulae desicca. Liquor a crystallis defusus evaporando calore 50—60° C. seponendoque nonnulla crystallula praebet. *Dos.*: 1,0—2,0 pro die.

Chininum hydrochloricum carbamidatum.

Chininum ureato-hydrochloricum. Hydrochloras Chinini et Ureae. Hydrochloras Quininae et Ureae.
Chinin-Harnstoffhydrochlorat.

$CO(NH_2)_2 \cdot HCl + C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot HCl + 2H_2O - C^2H^4N^2O^2, HCl + 2C^{20}H^{12}NO^2, HCl + 4HO = 493.$

Rp. Chinini hydrochlorici 40,0.
Solve in
Aquae destill. calidae 11,0
Acidi hydrochlorici (25%) 14,5.
Tun adde
Ureae tritae 6,0.

Agitando calefaciendoque solutione peracta, liquorem loco frigido sepone. Post dies duos crystallos collige. Lixivium matrix evaporando calore modico ad volumen dimidium redactum sepone, ut crystallos demittat. Crystalli loco vix tepido siccentur. Crystalli albissimi splendentes, in aquae aequali quantitate solubiles. *Usus:* Ad injectiones subcutaneas 0,1—0,5. Solutio aquosa post diem furvescit. Sal 70% Chinini continet.

Chininum hydroferrocyanicum
s. ferro-hydrocyanicum (basicum).

Cyanuretum ferroso-quinicum.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot (CN)_6 \cdot Fe \cdot H_4 + 2H_2O - C^{40}H^{24}N^2O^4, 2(H^2Cy^3Fe) + 4HO = 576.$

Rp. Chinini sulfurici (basici) *P.* 11.
Adde
Kalii ferro-cyanati *P.* 6
solutas in
Aquae destill. *P.* 120.

In patinam porcellaneam immissae simul ferveant et interdum agitentur. Praecipitatum exortum refrigeratum, ab liquore separatum et aquae paulo ablutum, solvendo in Spiritu Vini rectificatissimo, filtrando, evaporando se-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf   urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0159-3

ponendoque in crystalla cogatur, quae in lagenis obturatis serventur. Sit pulvis crystallinus, e flavo viridis, peramarus. Eff. *P.* 11.

Chininum hydrojodicum.

Jodohydras Quininae.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot HI - 2C^{20}H^{12}NO^2,HI = 452$.

Rp. Chinini hydrochlorici *P.* 20.
Solve agitando in
Aquae dest. fervidae *P.* 600.
Tum adde
Kalii jodati *P.* 10,
antea in
Aquae destill. *P.* 30
solutas. Dein sepone per aliquot horas. Praecipitatum (terebinthinaceum) exortum loco tepido sicca et in pulverem redige, quem in vitris obturatis serva.

Chininum hydrojodicum ferratum.

Ferro-Chininum hydrojodicum. *Jodure de fer et de quinine.*

Rp. Chinini sulfurici neutralis *P.* 27.
Solutis in
Spiritus Vini rectfss. *P.* 250
inter agitationem admisce solutionem frigidam, paratam e
Kalii jodati *P.* 17,
Ferri jodati soluti recens parati *P.* 47.
Mixtione peracta calore balnei aquae per horam dimidiam digere et liquorem adhuc calidum quam celerrime filtra, filtrum Spiritus Vini fervidi paulo eluendo. Sepone per diem unum. Crystallulis e flavo viridulis collectis, liquor evaporando calore modico seponendoque crystallula edit. Omnia crystallula inter strages chartae bibulae premendo siccentur.

Chininum hypophosphorosum.

Hypophosphis Quininae.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot H_3PO_2 - 2C^{20}H^{12}NO^2,HO,$
$PO+2HO = 381$.

Rp. Calcariae hypophosphorosae *P.* 6.
Solutis in
Aquae destillatae *P.* 120
admisce
Chinini sulfurici (basici) *P.* 26
antea leni calore solutas in
Spiritus Vini rectfss. *P.* 400.
Sepone loco calido per aliquot horas, saepius agita et filtra, filtrum Spiritu Vini abluendo. Liquorem filtratum, evaporando deminutum seponendo in crystalla coge. Crystalla collecta premendo inter strages chartae bibulae desiccentur. Eff. *P.* 17—18.

Chininum jodo-hydrojodicum.

Jodure d'jodhydrate de Quinine.

$C_{20}H_{24}N_2O_2J,\ HJ - 2C^{20}H^{12}NO^2,$
$JHJ = 579$.

Rp. Chinini hydrochlorici 20,0.
Solutis in
Aquae destill. calidae 500,0
inter agitationem sensim admisce liquorem paratum solvendo e
Kalii jodati 12,0
Jodi 6,5
Aquae destill. 40,0.
Tum sepone loco frigido per horas duodecim. Praecipitatum ablutum loco vix tepido sicca et ad pulverem tritum in vitris dense clausis, a luce remotis, asserva. Sit pulvis coloris badii, in aqua insolubilis. *Usus:* In unguine 1 : 25—30 adipis. *Dosis:* 0,25—0,5—1,0.

Chininum lacticum.

Lactas Quininae s. Chinini s. quinicus.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot C_3H_6O_3 -$
$C^{40}H^{24}N^2O^4,C^6H^5O^5,HO = 414$.

Rp. Acidi lactici conc. *P.* 10
Aquae destillatae *P.* 300.
Usque ad ebullitionem calefactis injice
Chinini puri *P.* 19
vel quantum requiritur, ut liquor neuter sit. Liquorem supra Acidum sulfuricum concentratum seponendo in crystallula (acicularia, splendoris sericei) redige.

Crystalla acicularia prismatica, Chinino sulfurico similia, solubilia in aquae frigidae partibus tribus, in aquae ferventis p. 2/3 *(Ph. Gall.)*, facile solubilia in Spiritu vini. Partes centenae continent 78,26 Chinini.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0160-4

Chininum phosphoricum.

Phosphas Quininae.

$2C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot H_3PO_4 + 8H_2O = 890,5.$

Rp. Chinini sulfurici (basici) *P.* 10.
Solve digerendo in
Aquae destill. *P.* 100,
Aceti concentr. *P.* 10.

Solutioni (si opus est, filtratae) inter agitationem una affunde
Natri phosphorici cryst. offic. *P.* 12,
antea in
Aquae destill. *P.* 60
solutas. Miscelam tunc, dum refrigescit, bacilli vitrei ope agitare perge, donec praecipitatum album appareat, quod post aliquot horas filtro ingere, aqua frigida ablue, inter chartam bibulam preme et evitando calorem sicca. Solvendo in Spiritu Vini fervido seponendoque sal crystallisatum efficitur.

Chininum purum.

Quinina. Chininum hydratum purum.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot 3H_2O = 378 — C^{20}H^{12}NO^2 + 3HO = 189.$

Rp. Chinini sulfurici *P.* 10.
Solve in
Aquae dest. frigid. *P.* 160
Acidi sulfurici diluti *P.* 12.

Liquori per gossypium filtrato et ollae vitreae ingesto sensim adde
Liquoris Natri caustici tenuioris
quantum ad praecipitandum Chininum requiritur et donec liquor reactionem alcalinam tenuem habeat. Praecipitatum filtri ope a fluido separa, aqua frigida ablue et calore evitato inter chartam bibulam sicca. Effic. admodum *P.* 8.

Centenae partes continent 85,72 p. Chinini et 14,28 p. aquae.

Chininum salicylicum.

Salicylas quinicus s. Chinini. Quinina salicylica basica.

$2(C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot C_7H_6O_3) + H_2O = 942 — (C^{20}H^{12}NO^2)^2, C^{14}H^6O^6 + HO = 471.$

Rp. Chinini sulfurici officinalis 10,0.
Immitte in liquorem fervidum, solvendo paratum e
Natri salicylici siccati 3,7
Aquae destillatae 120,0.

Calefac usque ad ebullitionem et sepone loco frigido. Altero die collige crystalla in filtro chartaceo et aqua frigida ablue, donec guttae defluentes ab sulfate liberae sint. Crystallula aëri exponantur et siccentur.

Sal solubile est in p. 900 aquae. Centenae partes cont. p. 68,79 Chinini puri et p. 1,91 aquae. *Dosis* eam Chinini sulfurici aequat. (In typho, arthrophlogosi, arthrorheumate adhibetur).

Chininum sulfuricum dilapsum.

Subsulfas quinicus siccatus. Sulfas Quininae siccatus.

$(C_{20}H_{24}N_2O_2)_2SO_4H_2 + 2H_2O = 782.$
$2C^{20}H^{12}NO^2, SO^3HO + 2HO = 391.$

Rp. Chinini sulfurici (basici) q. v.

Chartae bibulae involutum loco vix tepido (20—25° C.) sepone, donec crystallula in album pulverem dilapsa sint.

Chininum sulfuricum neutrale.

Chininum sulfuricum acidum. Chininum bisulfuricum. Bisulfas Quininae s. quinicus.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot H_2SO_4 \cdot 7H_2O = 548 —$
$C^{20}H^{12}NO^2, HO, SO^3 + 7HO = 274.$

Rp. Chinini sulfurici (basici) *P.* 15.
Terendo solvantur in
Aquae dest. fervid. *P.* 60,
Acidi sulfurici diluti (ex Ac. 1 et Aq. 5) *P.* 10.

Solutio calore 60°, summum 70° C. therm. evaporetur, ut circiter *P.* 30 remaneant. Tum loco frigido per aliquot dies sepone. Crystallis ortis dein separatis, fluidum ultimum, leni calore ad dimidium evaporatum ad crystallisationem seponatur. Crystalla obtenta collecta omnia inter chartam bibulam loco tepido siccentur. Sint crystalla reactionis acidae. Eff. circiter *P.* 18.

Nota. E lixivio ultimo Chininum hydratum ope Liquoris Natri caustici diluti praecipitetur.

Dosis: ad vim tonicam 0,05—0,1—0,15 pluries per diem, ad vim febrifugam 0,2—0,3—0,5 bis terve per diem. Ad injectionem hypoderm. 0,05—0,1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0161-0
DFG

Chininum sulfuricum solutum.

Chininum sulfuricum liquidum. Sulfas chininicus solutus.

(Ad recepturam.)

Rp. Chinini sulfurici (basici) *P.* 5.
Solve in miscela ex
Acidi sulfurici diluti *P.* 5
Spiritus V. rectfss. *P.* 10
Aquae destill. *P.* 80
parata. Per lanam gossypii cola et serva. Partes 20 liquoris continent *P.* 1 Chinini sulfurici.

Signa. Chininum sulfuricum. Sumatur 20plum.

Chininum stearinicum.

Stearinas chininicus s. Quininae.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot C_{18}H_{36}O_2 - 2C^{20}H^{12}NO^2,C^{36}H^{36}O^4 = 608.$

Rp. Chinini sulfurici (basici) *P.* 30
Acidi sulfurici diluti *P.* 20
Aquae destillatae *P.* 300.
Leni calore solutione peracta admisce
Natri stearinici sicci *P.* 22
antea solutas in
Aquae destill. fervidae *P.* 300.
Agita, tum sepone loco frigido. Massam exortam in linteo collige, exprime et loco vix tepido exsicca. Eff. *P.* 60.

Chininum tannicum.

Tannas quinicus.

Rp. Chinini sulfurici (basici) *P.* 2.
Solve in mixtione frigida ex
Aquae destill. *P.* 40 et
Aceti concentrati *P.* 2
parata. Solutioni (si opus est per gossypium colatae) inter agitationem tamdiu instilla liquorem filtratum, ex
Acidi tannici *P.* 7 et
Aquae destill. *P.* 120
paratum, quamdiu praecipitatum inde efficitur. Praecipitatum filtro ex charta bibula confecto immissum aqua frigida edulcora et calore lenissimo exsicca. Effic. *P.* circiter 6. Centenae partes hujus tannatis continent circiter p. 21—22 Chinini. *Dosis*: 0,3—0,5—1,0 ter quaterve per diem.

Chininum tartarico-sulfuricum.

Chininum sulfurico-tartaricum. *Sulfotartrate de quinine.*

Rp. Chinini sulfurici (bas.) *P.* 2
Acidi tartarici *P.* 1.
M. f. pulvis.

Chininum tartaricum.

Tartras Quininae.

$2C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot C_4H_6O_6 + H_2O = 816.$

Rp. Chinini sulfurici (bas.) *P.* 15
Kali tartarici *P.* 4,
Aquae destill. *P.* 150.
Mixtas usque ad ebullitionem calefac, tum loco frigido sepone. Crystallula collecta, aquae frigidae parva quantitate abluta, supra patinam porcellaneam extende et calore 20° C. non superante sicca. Eff. fere *P.* 13,3.

Chininum urinicum.

Chininum uricum. Uras chininicus s. Quininae.

Rp. Chinini sulfurici (basici) *P.* 45
Aquae destillatae *P.* 900
Acidi sulfurici diluti *P.* 40.
Solutione peracta, filtra. Liquori instilla inter agitationem
Natri caustici soluti, aqua diluti,
quantum ad praecipitandum Chininum hydratum requiritur atque Natrum paululum praevaleat. Praecipitatum in filtro collectum Aqua destillata frigida abluatur, tum adhuc humidum ingeratur in mixturam ex
Aquae destill. fervidae *P.* 3500 et
Acidi urinici calore balnei aquae bene exsiccati et terendo in pulverem subtiliorem conversi *P.* 18
paratam, in cucurbitam vitream infusam. Digere calore balnei aquae per horam unam interdum agitando, tum effunde in patinam planam, quae supra Calcariae ustae stratum collocanda est. Sepone liquorem loco tepido (40—50° C.) subtractoque luci, a pulvere prohibendo, ut sensim agitatione evitata evaporetur, tum hoc modo ad trientem circiter voluminis deminutum sepone

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0162-6
DFG

loco frigido. Post aliquot dies crystallula (interdum etiam massam pulveream) in filtro collige et supra orbem porcellaneum strata loco tepido sicca. Liquor a crystallulis separatus evaporando seponendoque paululum salis praebet: Eff. *P.* 50—51.

Uras chininicus in vitro obturato, a luce remoto, servetur.

Chininum valerianicum.

Valerianas Quininae.

$C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot C_5H_{10}O_2 \cdot H_2O$—$(C^{20}H^{12}NO^2)^2, C^{10}H^{10}O^4 + 2HO = 444$.

Rp. Chinini sulfurici (bas.) *P.* 37.
Solve in
Aquae destill. frigid. *P.* 800
et Acidi sulfurici diluti *P.* 30.
Liquori adde agitando
Liquoris Natri caust. diluti
quantum ad praecipitationem Chinini requiritur (cf. Chininum purum). Praecipitatum edulcoratum, adhuc humidum solve calore adhibito in miscela ex
Acidi valerianici (Hydratis triplicis) *P.* 10 et
Spiritus Vini rectfss. *P.* 100
parata. Liquorem calidum Aquae destillatae volumine duplo mixtum ad dimidium volumen calore balnei aquae evapora, tum ad crystallisandum loco frigido per aliquot dies sepone. Fluidum a crystallulis ortis defusum evaporando leni calore (50° C. non superante) in crystallula coge, quamdiu haec coloris expertia prodeunt, quae calore evitato siccentur. Effic. circiter *P.* 50. Antiperiodicum, antispasmodicum. *Dosis:* 0,1—0,2—0,5 bis terve per diem in pilulis. Acida, sales metallicos, tannica cave.

Chinium Labarraquii.

Quinium de Labarraque. Hospital Quinine (Herring's).

Rp. Corticis Chinae reg. *P.* 4
— Chinae fusc. *P.* 2.
Grosse pulveratis admisce
Calcariae hydricae *P.* 1.
Mixtis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 14.
Digere per diem unum et dimidium, tum exprime. Residuo iterum affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 10.
Post digestionem longiorem exprime. Liquores collectos, Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicito, calore balnei vaporis ad siccum evapora et massam residuam exsiccatam atque in pulverem redactam asserva. Febrifugum, tonicum, roborans. *Dosis:* 0,1—0,2—0,3 pluries per diem, cum quovis acido combinatum.

Chinoïdini sales

parentur aequali modo, quo sales Chinini, e Chinoïdino sulfurico basico et aliquo sale natrico decompositione mutua. Loco Chinini hydrati *P.* 10 sumantur Chinoidini *P.* 9. — Chinoidini *P.* 95 respondent Chinini sulfurici basici *P.* 100.

Chinoïdinum sulfuricum basicum
sic paretur:
Rp. Chinoïdini puri *P.* 10
Aquae destillatae *P.* 400.
In patinam immissis affunde
Acidi sulfurici diluti *P.* 16
vel quantum requiritur, ut mixtura calefacta reactionem paululum acidulam exhibeat. Tum inter agitationem affunde
Chinoïdini puri *P.* 10
antea calore adhibito solutas in
Spiritus Vini rectfss. *P.* 50.
Sepone loco tepido, ut liquor evaporando sensim deminuatur et crystallula praebeat, liquorem ultimum a crystallis defusum rejiciendo.

Chinolinum.

C_9H_7N—$C^{18}H^7N = 129$.

Rp. Cinchonini 100,0
Kali caustici 400,0.
Contritis adde
Aquae destill. 50,0
vel 60,0, ut contundendo massa aequabilis efficiatur. Tum miscelam destillationi subjice, quamdiu vapores procedunt. Liquor destillando collectus misceatur cum
Acidi hydrochlorici diluti q. s.,
ut liquor sit neutralis. Tum liquorem filtratum evaporando in massam siccam redige. Haec massam in pulverem tritam misce cum
Liquoris Kali caustici q. s.,
ut Chinolinum perfecte secernatur et

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0163-2
DFG

kali praevaleat. Sepone per diem unum loco frigido, tum Chinolinum decantha. Cum Calcio chlorato sicco mixtum a partibus aquosis liberetur, tum destillatione refracta (225—230°) rectificetur. Pd. spec. 1,094. Liquor decolor limpidus, procedente tempore fuscescens, alcalinus, in aqua difficillime solubilis. In lagenis dense clausis a luce remotis servetur. Antisepticum. *Usus:* ad oris et colli circumlitiones (in diphtheritide). 1,0 : 500,0 aq. cum 30,0—40,0 spiritus.

Chinolinum tartaricum.

Tartras chinolinicus.

$3C_9H_7N \cdot 4C_4H_6O_6 = 987$.

Rp. Chinolini 20,0
Acidi tartarici pulv. sicci 31,0
Spiritus Vini
Aquae destill. āā 50,0.

Digere per horam unam, tum, si opus fuerit, filtra et evaporando seponendoque crystallisationem incita Crystalli aciculares decolores nitentes, facile solubiles, saporis menthacei. *Dosis:* 0,5—1,0—2,0 ter quaterve per diem. *Dos.* minor infantibus (contra febrem intermittentem).

Chloralimidum.

Rp. Ammonii chloralati q. v.

In catinum ingestum calore balnei salis culinaris soluti ad 100° C. per horam dimidiam calefac, tum massam salinam in aqua solve et evaporando seponendoque in crystallos transduc. *Usus:* uti Chloralum hydratum.

Chloralum hydratum.

Chloral Hydras *Ph. Brit.* *Chloralhydrat. Chloral Ph. U. St.*

$C_2HCl_3O \cdot H_2O - C^4HCl^3O^2 + 2HO = 165{,}5$.

Chlorum gasiforme, aqua ablutum et Acido sulfurico concentrato exsiccatum in Spiritum Vini absolutum, in retorta continentem, luce diurna introducatur, quamdiu gas hydrochloricum e retorta evadit. Spiritus Vini primum paullum refrigeretur, ad finem reactionis autem paullum, postremo ad ebullitionem usque calefiat. Deinde liquor e retorta defusus cum Acido sulfurici concentrati volumine dimidio conquassatus destilletur, et liquor destillando collectus denuo cum Acido sulfurico concentrato conquassetur, tum supra calcariam ustam pulveratam rectificetur. Chlorali hoc modo ab aqua liberati *P.* 100 inter refrigerationem instillentur Aquae destillatae *P.* 11½. Post diem unum massa sali similis, premendo in tabulas redigatur, vel Aethere soluta in crystalla cogatur.

Crystallula prismatica rhomboïdea, alba, odoris chloroformei, saporis amari, in aquae p. 4 solubilia Ne commisceantur cum spiritu et Kalio bromato.

Hypnoticum. *Dosis:* 2,0—3,0—4,0. Sedativum. *Dosis:* 0,1—0,3—0,5 bihorio. Injectio in sinum tympani 1,0: 30,0 aq. *Dosis maxima:* 3,0, pro die 6,0!!

Potio hypnotica. Rp. Chlorali hydrati 3,0, Aquae destill. 60,0, Syrupi Aurantii cort. 30,0 (Chloroformii Gutt. 2). Pars dimidia ante somnum una vice, post quinque momenta temporis pars altera sumatur.

Chloralum hydratum camphoratum.

Chloralum camphoratum.

Chloralkampfer. Camphorated Chloral.

Rp. Chlorali hydrati
Camphorae tritae āā *P.*

In mortario paullum calefacto contere, donec in massam liquidam transierint. *Usus:* Penicillus gossypii liquore irrigatus in dentem cavum ingeratur contra dolorem dentis.

Chlorodyne.

Rp. Tincturae aromaticae 5,0
Tincturae Opii simpl. 4,0
Morphini muriatici 0,1
(Decig. 1)
Aquae Amygdal. amar. conc. 10,0
Syrupi Liquiritiae 80,0
Extracti Liquiritiae 1,0
Spiritus Vini rectfss. 40,0
Olei Menth. pip. *Gutt.* 5,
Aetheris 1,0
Chloroformii 3,0.

Misce l. a., tum sepone per diem unum, ut liquor sedimentet, tum filtra. Antispasticum, stimulans, antidysentericum, anticolicum. *Dosis* cochlear parvum bis, ter quaterve per diem unum.

Compositiones variae, quae Chlorodyne nominantur, ex Anglia in mercaturam allatae sunt. Praeceptum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0164-8 DFG

supra notatum respondet compositioni bello Germanico ultimo contra Franco-Gallos usitatae, quam analysi exploravi. Dr. *Collis Browne*, Anglicus, est auctor Chlorodines.

Chloroformium.

$CHCl_3$-C^2HCl^3=119,5. Formylum trichloratum s. perchloratum. Chloridum formicum. Chloroformyle.

Rp. Calcariae hypochlorosae optimae, circiter 25 % Chlori liberi praebentis *P.* 25*)
[1] Aquae tepidae *P.* 75.

In pultem aequabilem mixtas in vesicam destillatoriam cupream ingere et commisce accurate cum

Spiritus V. rectfss. *P.* 5.

Hoc facto et alembico imposito, lagenam loco excipuli ita adpone, ut tubus refrigeratorius in eam, usque ad partem dimidiam

Aqua destill. frigida

implendam et optime refrigerandam, descendat.

Tum vesicae carbones ardentes suppone et eam usque ad 50° Cels. therm. calefac. Dein carbones sensim auferas. Exacta hora una circiter, destillatio spontanea incipit. Si haec lentescit, supponendo carbones ardentes adjuves. Destillent *P.* circiter 5, vel donec guttulae Chloroformii in fundo excipuli non amplius secernantur.

Chloroformium destillatum infundibuli separatorii ope l. a. separa et in lagena clausa per biduum sepone. Tum Aquae Calcariae volumine duplo iterata vice conquassando tamdiu ablue, donec aqua defusa chartam exploratoriam caeruleam non amplius mutet. Deinde Chloroformium denuo ab aqua separatum cum Acidi sulfurici conc. Angl., coloris expertis et Acidis nitrosis plane liberi**) volumine dimidio bene conquassetur. Haec operatio nova quantitate Acidi repetatur, donec Chloroformium separatum, Acido sulfurico conc. denuo conquassatum, hoc non amplius coloret. Denique Chloroformium ab Acido defusum cum Natro carbonico liquido conquassetur et ope infundibuli separatorii separatum supra Calcium chloratum siccum calore balnei aquae 75° C. non excedente rectificetur. Effic circiter *P.* 1½. *Pd.* spec. 1,490—1,495. Contineat in centenis partibus Spiritus Vini anhydri partem unam, et calore 64° ferveat.

Rp. Chlorali crudi semel tantum
[2] cum Acido sulfurico conquassati (conf. Chloral. hydrat.),
Liquoris Natri caustici, pond. specifici 1,200, volumina paria.

Bene conquassa, tum Chloroformium separatum cum Acidi sulfurici concentrati voluminis quadrante conquassatum rectificatione depuretur.

*) Si Calcaria hypochl. plus quam 25 % Chlori praebeat, addatur 1/15 ad 1/30 Calcariae hydratae.

**) Quo modo Acida nitrosa ex Acido sulfurico demere possis, in praecepto ad Acidum sulf. purum parandum notatum est.

Chloroformium camphoratum.

English Odontine. Odontina Anglica.

Rp. Camphorae *P.* 1
Chloroformii *P.* 6.

Solve.

Chloroformium gelatinatum.

Chloroformium albuminatum.

Rp. Chloroformii
Albuminis Ovi aa Volum.

Misce conquassando, calore 40 ad 50°.

Chloroformium mitigatum.

A. C. E. Chloroform.

Rp. Spiritus vini (93 %) vol. 1
Chloroformii vol. 2
Aetheris vol. 3.

Misce. Hic liquor anaesthesiam a periculo tutam efficit. In Britannia in usu.

Chloroformium phosphoratum.

Rp. Phosphori concisi *P.* 1
Chloroformii *P.* 10.

Digere calore 30—40°, vase clauso, donec Phosphorus solutus fuerit. Li-

quor post refrigerationem defusus sit ponderis *P.* 10.

Caute dispensetur. Externum contra odontalgiam, rheuma, neuralgiam. Gossypio inspersum cuti applicatur.

Chlorum gasiforme.

Cucurbita vitrea Mangani hyperoxydati nativi frustis Coryli avellanae fructuum magnitudine usque ad dimidium colli impleatur, tum Acidi hydrochlorici crudi tantum superaffundatur, quantum replet dimidiam partem cucurbitae, quae statim epistomio subereo (vel e gummi elastico parato) et bis perforato claudatur. Foramini alteri tubus securitatis, alteri foramini tubus vitreus bis curvatus infixi sint. Cucurbitam in balneo aquae collocando aut alio modo calefaciendo gas Chlori extricatur. Operatione finita, liquorem ex cucurbita effunde, et cucurbitam Mangano hyperoxydato ex parte repletam ad aliam Chlori extricationem reserva.

Chrysarobina.

Chrysarobinum. *Araroba Powder. Goa Powder.*

Rp. Pulveris Ararobae *P.* 1
Benzoli s. Benzinae lithanthracinae *P.* 8.

Immissas in cucurbitam vitream, cui tubus vitreus recursorius impositus est, digere per diem unum. Tum liquorem limpidum adhuc calidum decantha et denuo residuo

Benzoli *P.* 6

affunde et digere.

Liquores decanthati et mixti post diem unum a sedimento exorto decanthentur et leni calore destillando ad volumen dimidium redacti denuo seponantur. Sedimentum tum exortum, cum sedimento priore mixtum, denuo solvendo in Benzolo (vel Benzina Petrolei purissima) usque ad ebullitionem calefacto et seponendo depuretur. Sit pulvis citrinus, in aquae partibus 250 solubilis, facile solubilis in Benzolo, Chloroformio, Acido acetico glaciali, Aethere petrolei. Tantum ad usum externum. Partes 1 vel 2 misceantur cum partibus 10 ad 15 adipis, chloroformii etc. In psoriasi, herpete tonsurante, eczemate marginato, pityriasi versiculore adhibetur.

Cigaretae antasthmaticae.

Cigarettes pectorales d'Espic.

Rp. Foliorum sicc. Belladonn. *P.* 60
— — Hyoscyami
— — Stramon. aa *P.* 30
Seminum Phellandrii *P.* 10
Extracti Opii *P.* 3
Aquae Lauro-Cerasi q. s.

Folia et semina contusa per horas duodecim cum Aquae Lauro-Cerasi volumine circiter duplici macera et ope preli exprime. Solve tunc Extractum Opii, dein chartam bibulam liquore imbue ac probe sicca, ut exinde conficiantur cigaretae. *Ph. Belg.*

Charta antasthmatica densata (crassa).

Pappe gegen Asthma.

Rp. Chartae bibulae albae 120,0.

Macera in aquae fervidae quantitate sufficiente, interdum agitando, ut fiat puls, quae leni pressione ab aqua, magna ex parte, liberata contundendo in mortario commisceatur cum pulvere e

Kali nitrici 60,0
Radicis Belladonnae
Herbae Stramonii
Foliorum Digitalis
Herbae Lobeliae inflat. aa 0,6
Myrrhae et
Olibani aa 10,0

commixto. Massa obtenta preli ope in tabulas crassitudinis millimetri redacta siccetur et in resegmina longiore dividatur.

Cigaretae antispasmodicae (Trousseau).

Rp. Fol. Stramonii 30,0.

Humecta liquore solvendo parato ex

Extracti Opii 2,0 et
Aquae destill. 25,0,

tum loco tepido sicca. Concisa in chartam paululum nitratam eo modo involvantur, ut forma cigaretae parvae efficiatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0166-0 DFG

Cigaretae arsenicatae.

Charta arsenicata Trousseau.

Rp. Natri arsenicici 1,0.
Solve in
Aquae destillatae 30,0.

Solutione hac satura chartam bibulam, supra tabulam expansam et 800 cm quadrata capientem. Chartam in aëre vel loco vix tepido siccatam in partes viginti divide, ut plagulae singulae, cm. 40 quadrata capientes, 0,05 grm. Natri arsenicici contineant. Conf. etiam Chartam arsenicalem.

Charta concisa ad usum in caliculum tubuli tabacarii fictilis ingeritur, qua incensa fumus exoriens exhauritur.

Usus in phthisi.

Cigaretae Belladonnae.

Rp. Fol. Belladonnae concis. q. v.
Involve in chartam cigaretaceam, ut cigaretae singulae 1,0 gramma contineant. *Ph. Gall.*

Eodem modo parentur:

Cigaretae Digitalis.
— **Eucalypti** fol. (antasthmaticae).
— **Hyoscyami.**
— **Nicotianae.**
— **Stramonii.**

Cigaretae benzoinae.

Cigarettes balsamiques (de Golfin).

Rp. Kali nitrici *P.* 1.
Solve in
Aquae *P.* 16.

In liquorem immergantur segmenta chartae bibulae albae spissioris centimetra quindecim lata. Expleta eximantur et siccentur. Dein ingerantur in liquorem paratum e
Tincturae Benzoës *P.* 8
Acidi benzoici *P.* 1.

Probe imbuta denuo siccentur et concisa in segmenta centimetra 10 longa compluria convolvantur, ut fiant Cigaretae. *Usus* contra aphoniam.

Cigaretae camphoratae.

Cigarettes camphrées.

Rp. Camphorae frustula magnitudine seminum Coriandri, quorum centum et plura chartae bibulae tenerrimae aut telae gossypinae involvantur, ita ut cylindrus longior, finibus ambobus occlusis, conficiatur, qui in tubum coniformem e charta cerata confectum, finibus apertis, ingeratur.

Cigaretae Herbae cujuslibet.

Herba Stramonii, Aconiti, Lobeliae etc. minutim concisa (*P.* 60 Herbae) inspergatur solutione spirituosa Kali nitrici (e Kal. nitr. *P.* 1) dilutiore et siccetur, tum chartae bibulae paulum nitratae ita involvatur, ut fiat cigareta longitudine centimetrorum circiter decem et herbae 1,5—2 Grammata continens.

Cigaretae mercuriales.

Cigarettes mercurielles.

Rp. Hydrargyri bichlorati *P.* 1
Kali nitrici *P.* 2.
Solve in
Aquae destill. *P.* 25.

Hoc liquore charta bibula impraegnetur. Charta adhuc humida dissecetur et l. a. in formas cigaretarum convolvendo redigatur, postremo siccetur.

Usus in affectionibus syphiliticis pharyngis vel laryngis.

Cigareta Opii.

Rp. Opii 0,1
Kali nitrici pulv. 0,12
Spiritus V. rectif.,
Aquae destill. $\widehat{aa}$ 2,0.

Contritis et mixtis humectetur charta bibula vel folia Tabaci, et cigareta una conficiatur. Cigareta contineat Opii 0,1.

Cinchonidinum hydrobromicum.

Sub-Bromhydras chinchonidicus
Ph. Gall. Bromhydras Cinchonidinae basicus.

$C_{19}H_{22}N_2O \cdot HBr + H_2O$ — $C^{38}H^{22}N^2O^2, HBr + 2HO = 393$.

Rp. Cinchonidini sulfur. bas. 15,0
Aquae destill. 100,0.

Mixta usque ad ebullitionem calefac, tum paulatim adde
Baryi bromati cryst. 6,0
soluta in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0167-5 DFG

Aquae destill. calidae 60,0,
calefacere non cessando. Tum liquorem fervidum filtrando a praecipitato libera. Si guttae duo ad tres salis Cinchonidini sulfurici soluti liquore filtrato affusae hunc turbidant, hujus salis q. s. addatur et liquor fervefactus denuo filtretur, dein liquor evaporando seponendoque ad crystallisationem perficiatur. Sint crystalla acicularia longa decoloria. Centenae partes continent 74,81 p. Cinchonidini. *(Ph. Gall.)*

Cinchonidinum hydrobromicum acidum

(s. neutrale).

Bromhydras Cinchonidini s. cinchonidicus *Ph. Gall.*

$C_{19}H_{22}N_2O \cdot 2H_2Br + 2H_2O$—$C^{38}H^{22}N^2O^2$, $2HBr + 4HO = 492$.

Paretur aequali modo, quo Cinchonidinum hydrobromicum basicum e

Cinchonidini sulf. basici 15,0
Acidi sulfurici diluti (1:9) 19,0
Aquae destill. 75,0
Baryi bromati cryst. 12,0
Aquae destill. 36,0.

Liquor filtratus calore balnei aquae evaporando ad 60,0 g. redactus ad crystallisationem seponatur (*Ph. Gall.*).

Hoc sal dispensetur, si medicus aut sal neutrale aut acidum praescribit.

Cinchonini sales

(sales cinchonici).

Aequali modo quo sales chininici parentur. Quantitas Chinini puri praecepti per 0,815 multiplicata praebet quantitatem aequivalentem Cinchonini crystallisati, et quantitas Chinini sulfurici basici praecepti per 0,86 multiplicata praebet quantitatem aequivalentem Cinchonini sulfurici basici $= (C_{19}H_{22}N_2O)_2 \cdot H_2SO_4 + 2H_2O$ insumendam.

Cobaltum nitricum.

Nitras cobaltosus

$Co(NO_3)_2 + 6H_2O = 291$—$CoO,NO^5 + 6HO = 145,5$.

Rp. Minerae cobalticae ustulatae venalis (Zafferae cobalticae optimae) *P.* 20.

Subtiliter pulveratam sensim injice in

Kali bisulfurici *P.* 60,

quae in crucibulo Hassiaco modico calore liquefactae sunt. Quo facto porro injice paulatim

Kali nitrici *P.* 1

deinde

Ferri sulfurici oxydulati exsiccati *P.* 1

et incalfacere igne aucto perge, ut Acidum sulfuricum superabundans perfecte expellatur.

Quo facto massa pultacea adhuc fervida ex crucibulo cochlearis ferrei ope exhausta, post refrigerationem in pulverem redacta cum aqua exacte concoquatur, quamdiu aliquid solvitur. Liquori refrigerato filtratoque instilla

Natri carbonici soluti

quantum satis, donec Cobalti carbonici (coloris rosei) paululum praecipitatum demittatur. Dein ad ebullitionem calefac et filtra.

In liquorem filtratum

Acidum hydrosulfuricum gasiforme

introducatur, quamdiu inde praecipitatum efficitur.

Liquori filtrato, Acido hydrosulfurico abundante calefaciendo expulso, inter ebullitionem admisce tantum

Natri carbonici soluti,

quantum ad Cobaltum carbonicum dejiciendum requiritur.

Praecipitatum hoc aqua ablutum, adhuc humidum commisce cum

Acidi oxalici soluti

copia abundante, ut mixtura reactionem acidulam exhibeat.

Cobaltum oxalicum, hoc modo effectum et aqua ablutum bene exsiccetur, deinde in crucibulum operculo munitum ingeratur et igne fortiore excandescat.

Crucibulo refrigerato, massa residua aqua abluatur, tum solvatur in

Acidi nitrici puri q. s.

Liquor calore balnei arenae (100—130° C.) ad siccum redigatur.

Massa sicca (CoO,NO^5) aut in vitris obturatis servetur, aut in Aqua destillata soluta loco tepido seponendo in crystalla ($CoO,NO^5 + 6HO$) convertatur.

Cocainum.

Cocaina.

$C_{17}H_{21}NO_4$—$C^{34}H^{21}NO^8 = 303$.

Rp. Foliorum Cocae (Erythroxyli Cocae) 1000,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0168-1

Minutim concisa, in vas porcellaneum ingesta et paulum compressa superfunde liquore tepido solvendo parato e

Natri carbonici cryst. 60,0
Aquae destillatae 300,0,

ut massa foliorum permadefacta sit. Vas clausum sepone loco tepido per diem unum, tum massa foliorum supra patellas porcellaneas extensa loco tepido exsiccetur, dein in pulverem grossum transducatur. Hic pulvis denuo loco tepido exsiccatus in vas deturbatorium immittatur et affundendo

Aethera Petrolei

extrahatur. Liquori defluxo sensim inter agitationem addantur

Acidi hydrochlorici diluti (5%) 100,0.

Agitatio vel conquassatio per horae quadrantem continuatur, tum liquor seponatur, donec liquor aquosus subsederit. Hic liquor aquosus Cocainum hydrochloricum solutum continet, ex quo Cocaïnum addendo Natrum carbonicum solutum praecipitandum et ope Aetheris aethylici excutiendum est. Hic Aether, qui Cocainum solutum continet, exhalationi spontaneae concedatur, ut alkaloïdes in crystallulos formatus remaneat. Effic. 3,0—4,0 Cocaini.

Calorem 35° C. excedentem semper inter his laboribus evita!

Cocainum hydrochloricum.

Hydrochloras Cocainae.

$C_{17}H_{21}NO_4 \cdot HCl — C^{34}H^{21}NO^8,HCl = 339,5.$

Rp. Cocaini 100,0.

Sensim adde liquorem commixtum ex

Acidi hydrochlorici (25%) 48,0
Spiritus Vini diluti 96,0

vel eam quantitatem hujus liquoris ut mixtura neutralis efficiatur. Extende liquorem supra patinas porcellaneas, quae loco tepido collocandae sunt, ut evaporatio quam celerrime efficiatur. Calor 35° C. ne superet, et patinae charta bibula obtectae teneantur. Massa crystallina in vitris dense clausis et a luce remotis asservanda est.

Med. anaestheticum, analgeticum membranarum mucosarum, stimulans, analepticum etc. *Dosis:* 0,02—0,05—0,1 pluries per diem. *Dos. max.* 0,15. Dosis in suppositoriis 0,03—0,06—0,15.

Codeïnum.

Codeïna.

$C_{18}H_{21}NO_3 + H_2O — C^{36}H^{21}NO^6 + 2HO = 317.$

Rp. Opii optimi concisi *P.* 10
Aquae destill. *P.* 100.

Stent loco tepido (30—35°) per aliquot dies, interdum agitando, tum colentur. Residuo affunde

Aquae destill. *P.* 100

et fac ut antea. Colaturis commixtis,

Marmoris pulverati *P.* 3

additis, leni calore ad syrupi spissitudinem evaporando redactis admisce

Calcii chlorati cryst. *P.* 10

antea solutas

Aquae destill. *P.* 10,

tum calefac, ut mixtura per aliquot temporis momenta ebulliat. Dein admixto

Aquae destill. frigidae

volumine quintuplo filtra et liquor filtratus, admixta

Marmoris pulverati *P.* 1,

denuo ad volumen dimidium evaporando redactus, tum filtratus ad spissitudinem syrupi evaporetur et seponatur. Post aliquot dies massa concreta et exprimendo a lixivio e nigro fusco liberata cum

Aquae destillatae

duplo volumine concoquatur et seponatur. Massa crystallina, e Chlorhydratibus Morphini et Codeini constans, cum liquore parato e

Liquoris Ammonii caust. *P.* 3
Aquae destill. *P.* 30

conteratur et conquassetur, ut Morphinum demittatur, tum liquor filtratus evaporando seponendoque in crystalla cogatur. Crystallula vel sedimentum crystallinum collectum, in lagenam amplam immissum et

Liquoris Kali caustici diluti

quantitate abundante superfusum conquassando cum

Aethere

extrahatur. Liquor aethereus, Aethere maxima ex parte destillando elicito, evaporando in crystalla cogatur, quae denuo Aethere solvendo, tum crystalli-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0169-9 DFG

satione depurentur. Eff. e *P.* 100 Opii Codeini *P.* 1/2.

Dosis: 0,02—0,03—0,05. Hypnoticum 0,05. *Dos. maxima* 0,05, pro die 0,2.

Codeïnum phosphoricum.

Phosphas Codeïnae.

Rp. Codeïni 1,0
Aquae destill. 18,5.

Mixtis sensim adde

Acidi phosphorici q. s.,

ut liquor sit reactionis paululum acidulae. Tum adde

Aquae destill. q. s.,

ut pondus liquoris grammata 20,0 expleat. Si opus est, liquor filtretur. *Usus:* Ad injectiones subcutaneas.

Coffea roborans infantum.

Kraftkaffee für Kinder.

Rp. Gland. Quercus tost.
Avenae decorticat. tost.
(Hafergrütze)
Coffeae secalinae tost. āā 400,0
(Roggenkaffee)
Testarum Cacao tost.
Coffeae astragalinae tost. āā 300,0
Coffeae Arabicae tost. 200,0.

Ad pulverem grossum contusa et commixta consperge tinctura parata ex

Cassiae cinnamom. 20,0
Nucum moschat. 10,0
Fructus Amomi 5,0
Olei Anisi vulg. 1,0
Olei Aurant. flor. 0,2
Vanillae concis. 2,5
Spiritus V. absoluti
Glycerinae pur. āā 80,0.

Exacte commixta serva in pyxidibus e lamina ferrea stannata confectis vel in vitris clausis.

Coffea secalina tosta.

Deutscher Kaffee. Roggenkaffee.

Rp. Fructuum Secalis cerealis q. v.

Injice in aquam ebullientem et calefactionem pergendo tamdiu agita, quam tunica externa fructuum integra maneat, ad quem statum minutae quinque ad sex sufficiunt. Tum fructus in cribro metallico collige, dein loco calido dispersos sicca. Postremo fructus siccatos torre et tum ope fistulae serratae in pulverem grossum redige. Hunc pulverem misce cum parva quantitate

Coffeae Arab. tostae et
Coffeae Cichorii.

Coffeïno-Natrum benzoïcum.

Caffeïnae Sodio-Benzoas. *Sodio-benzoate of Caffeine.*

Rp. Coffeïni
Natri benzoïci āā *P.*

Contritas Spiritu Vini anhydro insperge, denuo contere et leni calore exsicca.

Eodem modo parentur:

Coffeïno-Natrum cinnamylicum.

Coffeïno-Natrum salicylicum

s. Coffeïnae Sodio-Salicylas.

Coffeïnum.

$C_8H_{10}N_4O_2 \cdot H_2O$—$C^{16}H^{10}N^4O^4+2HO$ =212.

Caffeïna. Caffeïnum. Guaraninum. Theïnum.

Rp. Herbae Theae nigrae Sinensis contusae vel pulveris, qui in sarcinis theariis colligitur et Thea pulverea *(Theestaub)* nominatur *P.* 120
Calcariae hydratae *P.* 20
Aquae fervidae *P.* 400.

In lebetem vel ollam immissae per quatuor horas calore balnei aquae digerantur, interdum agitatae, tum preli ope exprimantur. Residuo denuo affusis

Aquae fervidae *P.* 200,

digestio, dein expressio peragatur. Colaturae, immixtis

Carbonis Ligni grosse pulverati, bene exusti *P.* 2,

stent saepius agitatae per diem unum, tum filtrentur per linteum, quod in filtro remanet aqua eluendo.

Liquori filtrato admisce mixturam calidam, paratam digestione e

Plumbi acetici cryst. *P.* 10

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0170-0 DFG

Lithargyri laevigati *P.* 5
Aquae destill. fervid. *P.* 30,
non vero filtratam, et iterum ac saepius agita. Horis tribus praeterlapsis instilla (si opus fuerit) tam diu
Acetum plumbicum,
quam diu inde liquor turbatur.
Tum sepone per diem unum et filtra, sedimentum aqua bene eluendo. Colaturae evaporando ad *P.* circiter 30 deminutae admisce
Kali sulfurici,
Carbonis animalis, non depurati (Eboris usti) contusi, $\widehat{aa}$ *P.* 3.
Mixtura calore balnei aquae inspissetur, atque inter agitationem ad perfectam siccitatem redigatur.
Residuum siccum, subtiliter pulveratum in vas deturbatorium l. a. injectum exhauriatur affundendo
Chloroformii q. s.,
quamdiu gutta liquoris defluentis in vitrum translata evaporataque residuum crystallinum praebet.
E solutione, Chloroformio destillando (in congestore vaporario vel retorta) calore balnei aquae elicito, residuum in
Aquae destill. fervidae
quantitate sufficiente (*P.* 50—80) solvatur et loco frigido, ut crystalla demittat, seponatur. Crystalla tenera flexilia, coloris expertia in linteo collige et loco tepido (25—30° C.) desicca. Eff. *P.* 2 ad 3.
Usus: diureticum, antidotum Morphini, medicum in angina pectoris, in asthmate cordiali. *Dosis:* 0,05—0,1—0,15. *Dos. maxima:* 0,2, pro die 0,6.

Coffeïnum citricum.

Citras Coffeïnae.
Loco hujus salis, quod non exsistit, Coffeïnum purum substituitur, commixtum cum Acido citrico:
Rp. Acidi citrici 2,5.
In pulverem terendo redacta inter agitationem misce cum
Coffeïni 7,5.
Dosis: 0,06—0,12—0,18. *Dos. maxima* 0,25, pro die 0,75.
Ph. Brit. Coffeïni et Acidi citrici ana 10,0, superfusa Aq. dest. 20,0, calore balnei aquae inter agitationem continuam ad siccum evaporentur et terendo in pulverem redigantur.

Coffeïnum citricum effervescens.

Citras Coffeïnae effervescens.
Brausekaffeïncitrat.
Rp. Coffeïni
Acidi citrici $\widehat{aa}$ 10,0
Sacchari albi 100,0.
Contritis immisce l. a. pulverem paratum conterendo ex
Acidi tartarici 270,0
Natrii bicarbonici 300,0
Sacchari albi 310,0.
Ope Spiritus Vini anhydri pulverem in granula transforma. Centenae partes contineant partem unam Coffeïni.

Coffeïnum hydrojodicum.

(Coffeïnum trijodatum?)
$C_8H_{10}N_4O_2 \cdot HJ + H_2O$—
$C^{16}H^{10}N^4O^4, HJ + 2H\dot{O} = 340$.
Rp. Coffeïni 1,0.
Solve calore 60° C. in
Spiritus vini diluti (45%) 20,0.
Liquori calido adde
Acidi hydrojodici q. s.,
ut liquor sit reactionis paululum acidae. Tum sepone loco vix tepido, vase aperto. Post dies pluries crystalli prismatici sepositi sunt, qui colligantur. Sint crystalli virides, fluorescentes. *Dosis* aequalis est ei Coffeïni citrici.

Colchicinum.

$C_{17}H_{20}NO_5$—$C^{34}H^{20}NO^{10} = 318$.
Rp. Seminis Colchici grosso modo pulv. *P.* 1000.
Digerantur per diem unum cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 3000.
Liquido expressione colato, residuum iterum cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 1500
digere. Dein exprime. Colaturae mixtae, (in vacuo) Spiritu Vini destillando elicito, leni calore evaporentur, donec partes spirituosae plane abierint. Tum affunde
Aquae destill. frigidae q. s.,
ut pondus fluidi totius exaequet
Partes 80.
Liquori sedimentando, tum filtrando depurato adde quantitatem sufficientem mixturae ex

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0171-6 DFG

Acidi tannici (e Gallis Turcicis) *P.* 4 et
Aquae destill. *P.* 20
paratae, quamdiu quidem liquor turbatur. Miscela per diem unum seposita, sedimentum exortum in filtro collige, aqua frigida ablue et conterendo cum
Plumbi acetici *P.* 1
Lithargyri praep. *P.* 10
Aquae destill. *P.* 50
commisce. Miscela in vase clauso loco calido tamdiu interdum agitando digeratur, donec portiuncula filtrata addito Ferro sulfurico soluto colorem e nigro violaceum non amplius induat. Dein filtra. Residuo in filtro paulo aquae eluto, liquorem obtentum in balneo vaporis evaporando ad *P.* 10 imminutum commisce cum
Magnesiae ustae *P.* 1 et
Carbonis ligni pulv. *P.* 1/2
et evaporando balnei aquae calore ad perfectam siccitatem redige. Residuum ad pulverem contritum in vas deturbatorium (*Deplacirtrichter*) immissum l. a. affundendo
Chloroformii q. s.
exhauriatur, quamdiu gutta defluens evaporata residuum praebeat. Solutio chloroformylica evaporetur ad siccum. Residuum caute contritum referat pulverem flavidum, quem serva. Effic. *P.* 2 ad 3. Serva in vitris dense clausis, a luce remotis et loco frigido.
Med. antarthriticum, antirheumaticum. Venenum acerrimum. *Dosis:* 0,0005—0,001—0,002 bis quaterve per diem. *Dos. maxima* 0,003, pro die 0,012.

Collare anodynum
ad dentitionem infantum.

Zahnperlen (nach Gehrig und Grunzig).

Rp. Guttae-Perchae q. s.
In aqua fervida calefactum et in tenuiora frustula divisum desiccatumque macera in
Carbonei sulfurati q. s.,
donec emollitum sit. Admixtis paulum
Sulfuris praecipitati
contundendo ad massam depsiticam subige, ex qua formentur globuli per centrum pertundendi.

Collare contra strumam.

Kropfhalsbinde. Collier de Morand.

Rp. Ammonii chlorati,
Salis culinaris exsicc.
Carbon. Spong. āā 50,0.
Mixta in gossypium imprime, quod involvendo in pannum bombycinum tenuiorem (musselinam) et nectendo acu in collare redigas.

Collodium.

Rp. Colloxylini (Gossypii ternitricati) *P.* 1.
Immissae in lagenam vitream primum affunde
Spiritus Vini (95 %) *P.* 4.
Colloxylino permadefacto dein adde
Aetheris *P.* 18 ad 20
et conquassa. Mixtura seponatur et saepius agitetur, donec Colloxylinum solutum fuerit. Solutio post sedimentationem decanthata aut per lanam gossypinam colata in lagenis obturatis loco frigido servetur.

Collodium antepheli-dicum.

Sommersprossencollodium.

Rp. Zinci sulfocarbolici 1,0
Collodii 45,0
Olei Citri 1,0
Spiritus Vini fort. 5,0.
Misce. Ad lentigines e facie tollendum.

Collodium cantharidale.

Collodium vesicans s. cantharidatum.
Blistering Collodion.

Rp. Colloxylini *P.* 1.
Solve in
[1] Aetheris cantharidati *P.* 18
Spiritus Vini rectfss. *P.* 3.
In vitris bene obturatis caute serva.
Ph. Germanica.

Ph. Brit. Liquoris epispastici 20,0, Pyroxyli 1,0. Agitando solve.

Rp. Cantharidinae 0,5
[2] Fuchsini rubri 0,005.
Solve in
Spiritus Vini absoluti 10,0.
Tum admisce
Collodii elastici 250,0.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0172-2 DFG

Collodium cinereum.

Rp. Hydrargyri oxydulati cinerei 1,0.
Superfuso
Spiritus absoluti 1,5
admisce
Collodii 30,0.
Usus: Loco emplastri mercurialis.

Collodium corrosivum
s. escharoticum s. causticum.

Rp. Hydrargyri bichlorati *P.* 1.
Solve in
Collodii (elastici) *P.* 9.
Escharam efficit, quae post dies quinque ad sex abcedit. Ad cauterisationem telangiectasiarum levium. Strato crasso illinendum. Crusta inde exoriens post dies 4—5 desciscit.

Collodium crotonatum.
Collodium Tiglii. *Crotonölcollodium.*

Rp. Olei Crotonis 2,0
Olei Ricini 0,4
Collodii flexilis 28,0.
Misce.

Collodium elasticum.
Collodium flexile s. tenax.

Rp. Collodii *P.* 100
Olei Ricini *P.* 4.
Misce.
Ph. Austr. Ph. Germ. Collod. 49, Ol. Ricini 1.

Collodium elastic. *Robert Latour.*

Rp. Collodii 100,0
Olei Ricini 7,0.
Misce. *Ph. Gall,*

Rp. Collodii *P.* 100
Terebinthinae Venet. *P.* 5
Olei Ricini *P.* 3.
Misce et solve. Hoc collodium exsiccatum minus riget. *Ph. U. St.*
Ph. Brit. Collod. 48, Tereb. Canad. 2 et Ol. Ricini 1.

Collodium ferratum s. ferruginosum.
Collodium haemostaticum.
(Collodium stypticum.)
Collodion ferrugineux.

Rp. Ferri sesquichlorat. cryst. *P.* 1.
Solve agitando in
Collodii (elastici) *P.* 10.

Collodium cum Hydrargyro bichlorato corrosivo.
Collodium mercuriale Lecterc.
Collodion abortif Debout.

Rp. Collodii elastici 20,0—30,0
Hydrargyri bichlorati corrosivi 0,5.
Misce et solve. Topicum cicatricans in variolis confluentibus, contra maculas syphiliticas. Ne commutetur Collodio corrosivo.

Collodium jodatum.

Rp. Jodi *P.* 5.
Solve agitando in
Collodii *P.* 100.

Collodium jodoformiatum.

Rp. Jodoformii triti 5,0.
Solve agitando in
Collodii flexilis 95,0.
(Rheuma, arthritis.)

Collodium kreosotatum forte.
Kreosotum solidificatum.

Rp. Acidi carbolici *P.* 15
Collodii *P.* 10.
Misce exacte, ut fiat massa gelatinosa. Est massa caustica!

Collodium lentescens.

Rp. Collodii *P.* 100
Glycerini *P.* 1—$1^1/_2$.
M.

Collodium cum Morphino Caminitii.

Rp. Collodii elastici *P.* 30
Morphini hydrochlorici *P.* 1.
Misce et solve. Topicum in neuralgiis, prosopalgia etc.

Collodium phenylatum
s. carbolisatum s. kreosotatum.
Collodium odontalgicum.

Rp. Acidi carbolici *P.* 5
Collodii *P.* 50.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0173-8 DFG

Misce exacte, ut fiat massa fere gelatinosa. Caute adhibeatur. Gossypio subactum in dentem cariosum ingeratur.

Richter's Zahncollodium.

Rp. Acidi carbolici cryst. *P.* 1
Collodii elastici *P.* 30.
Misce.

Collodium photographorum.

Rp. Colloxylini *P.* 1.
Affusis
Spiritus Vini alcoholisati *P.* 3
adde
Spiritus Vini anhydri *P.* 6
Aetheris *P.* 12 ad 14.

Sepone et saepius agita. Solutione Colloxylini peracta liquorem in vase tecto per lanam gossypinam filtra. Seponendo decanthandoque limpidior efficitur.

Collodium salicylatum.

Hühneraugencollodium. Corn-Collodion.

Rp. Acidi salicylici 2,0
Extracti Cannabis Indicae 0,3.
Solve in
Spiritus V. absoluti 1,0
Collodii flexilis 15,0.

Collodium saturninum.

Collodium diachylosum (Ficinus).

Rp. Emplastri Plumbi simpl. *P.* 1.
Calore balnei aquae exsiccatae et post refrigerationem in lagenam immissae affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 1
Aetheris *P.* 2.

Sepone per horam unam et ultra, saepius agitando, tum liquori decanthato admisce
Collodii *P.* 8.

Sit mixtura turbida, ante usum agitanda. *Us.:* In decubitu, erysipelate, ambustione adhibetur.

Collodium tannatum.

Collodium stypticum. *Xylostyptic Ether Richardson. Styptic Colloid. Frost-Collodium.*

Rp. Acidi tannici *P.* 20
Spiritus V. rectfss. *P.* 30.

Solutione peracta, admisce
Collodii tenacioris *P.* 50.

Contra perniones laudatur.

Ph. U. St. Acid. tann. 20, Alcohol 5, Aetheris 20, Collod. 55.

Styptic-Colloïd
(Richardson)

Rp. Acidi tannici 5,0
Spiritus Vini fort. 10,0.
Mixtis adde
Collodii 60,0
Tinct. Benzoës 5,0.
Haemostaticum vulnerum.

Colloxylinum.

$C^{24}H^{17}O^{17}(NO^5)^3$. Pyroxylinum. Lanugo gossypina ternitricata. Lanugo Collodii. Gossypium trisnitricatum s. fulminans. *Collodiumwolle.*

Rp. Lanuginis Gossypii a quisquiliis mundatae, bene carminatae *P.* 2.

Immergantur per horam dimidiam solutioni paratae e
Natri carbonici cryst. *P.* 1
et Aquae destill. *P.* 40.

Lanugo in hac solutione depsatur, tum aqua frigida bene eluatur, siccetur et divellatur. Hoc modo depurata immergatur, bene subigendo ope pistilli porcellanei, miscelae agitatae recenti, adhuc tepidae, ex
Kali nitrici pulv. et siccati *P.* 20 et
Acidi sulfurici conc., pd. spec. 1,835, *P.* 28
paratae per semihoram, tum aqua tepida multa repetitis vicibus eluatur, donec lanugo ab Acido adhaerente plane libera sit. Dein exprimatur et divellatur.

Colloxylinum hoc modo obtentum calore 80° C. non excedente bene siccetur et in vitris obturatis, a luce remotis, servetur.

Ad lanuginem Gossypii in Colloxylinum mutandam gradus concentrationis Acidi sulfurici et temporis spatium tactus magni momenti sunt, ita ut lanuginis Gossypii *P.* 2 et Kali nitrici sicci *P.* 20 requirant:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0174-4 DFG

Partes	Acid. sulf. pd. spec.	Spatium temporis tactus per
24	1,841	1/4 horae
26	1,838	1/3 —
28	1,835	1/2 —
30	1,832	3/4 —
32	1,830	1 horam.

Si temporis spatium tactus producitur, lanugo ternitricata in Pyroxylinum (Gossypium fulminans) mutatur, quod mixtura Spiritus Vini cum Aethere non solvitur.

Eff. *P.* 2,6. Sit albissima lanugo ternitricata ad usum photographorum.

Rp. Lanuginis Gossypii carminati *P.* 2.

Immerge in miscelam paratum ex

Acidi sulfurici conc. *P.* 16
et Acidi nitrici, pond. spec. 1,420, *P.* 14,

quae ad aëris temperaturam (15—20° C) refrigerata est, et sepone per horas novem ad duodecim. Deinde massam compactam exime, aqua tepida optime ablue, exprime et divulsam sicca.

Ad lanuginem Gossypii in Colloxylinum mutandam gradus concentrationis Acidi nitrici cum quantitate hujus Acidi adhibenda magni momenti est, ita ut lanuginis Gossypii *P.* 2 requirant:

Acidi nitric. Part.	pond. spec.	Acid. sulf. Partes	Spatium temporis tactus per
11	1,460	11	5 horas
12	1,450	12	6
12½	1,440	13	7
13	1,430	14½	8
14	1,420	16	9
15	1,410	17	10
16	1,400	18½	12
17	1,390	20	15
18	1,380	22	20

Temporis spatium valde productum qualitatem praeparati hic non imminuit. Eff. *P.* 2,66. Sit lanugo ternitricata alba, saepius flavida, attamen Collodium ad usum medicum indolis optimae praebens.

Collutorium aluminatum.

Collutorium cum Alumine. *Mundreiniger mit Alaun.*

Rp. Aluminis pulv. 5,0
Mellis rosati 20,0.

Conterendo misce. Ad usum agitetur. *Ph. Gall.*

Aequali modo paretur:

Collutorium cum Kalio chlorico *Ph. Gall.*

Collutorium salolatum.

Salolmundwasser.

Rp. Saloli 1,5
Spirit. vini diluti 120,0
Tinct. Coccionellae 5,0
Olei Menthae pip.
Olei Rosae aa gtt. 2.

M. S. suo nomine. Cum aqua commixtum adhibeatur.

Collyrium adstringens luteum Violii.

Dr. Viol's Augenwasser.

Rp. Ammonii chlorati 1,0
Zinci sulfurici 2,5.

Solutis in

Aquae destill. 400,0

adde

Camphorae 0,8

soluta in

Spiritus Vini diluti 40,0.

Tum adde

Croci 0,2.

Digere per horas viginti quatuor, saepius agitando, tum filtra. *Ph. Austr.*

Collyrium ammoniacale.

Collyre gazeux Furnari.

Rp. Liquoris Ammonii caust. 10,0
Spiritus Vini rectfss. 5,0
Aetheris 5,0
Aquae destillatae 25,0.

Misce. *Usus.* Palma manus conspersa oculis obtendatur vel regio infra oculos humectetur. Contra amblyopiam.

Collyrium ex Argento nitrico.

(Form. magistr. Berol. in us. paup.)

Rp. Argenti nitrici fusi 0,05.
Aquae destill. 25,0.

Solve. Detur in lagenam nigram.

Collyrium atropinatum.

Rp. Atropini 0,1
Aquae destillatae 100,0.

Solve. *Usus* in hernia iridis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0175-9 DFG

Collyrium Atropini.

Rp. Atropini 0,05
Aquae destill. 25,0.

Solve. *Usus* ad pupillam dilatandam; guttae duae sufficiunt.

Collyrium Benedictinorum.

Rp. Fuliginis splendentis pulv. 10,0
Florum Rosae pulv. 15,0.
Affunde
Aquae Rosae
Aceti crudi āā 100,0.

Macera per biduum, tum filtra. *Usus* in ophthalmia scrofulosa. Aqua dilutum adhibetur.

Collyrium Bruni.

Collyre de Brun.

Rp. Aloës hepaticae pulv. 5,0
Vini albi 50,0.

Coque per aliquot momenta temporis, tum adde
Aquae Rosae 50,0
Tincturae Croci *Gutt.* 40

et liquorem adhuc calidum cola per linteum. *Usus* in ulceratione palpebrarum.

Collyrium Helvetii.

Collyrium cum Lapide divino. Aqua divina. *Eau divine.*

Rp. Cupri aluminati 2,0.
Solve conterendo cum
Aquae destillatae 400,0,

tum filtra. Collyrium adstringens.

Ph. Gall. Cupri aluminati 0,4, solut. in Aq. dest. 100,0. Filtretur.

Collyrium Kranichfeldii.

Aqua ophthalmica Kranichfeldii.

Rp. Solutionis Lapidis divini Kranichf. *P.* 6
Laudani liq. Kranichf. *P.* 1
Aquae destill. *P.* 64.

Misce.

Collyrium siccum cum Calomelane.

Collyrium cum Chlorureto hydrargyroso.

Rp. Calomelanos vapore parati
Sacchari albi āā 10,0.

Terendo in pulverem subtilissimum redacta misceantur. *Ph. Gall.*

Collyrium Yveli.

Rp. Zinci sulfurici 25,0
Cupri sulfurici 8,0
Camphorae 5,0
Croci 2,0.

Misce, ut fiat pulvis subtilis.

Usus: contra inflammationem chronicam palpebrarum. 10,0 Gm. pulveris in aquae pluvialis Litra una soluta, tum colata praebent

Aquam ophthalmicam Yvel.

Collyrium e Zinco sulfurico.

(Ph. milit. Bor. vet.)

Rp. Zinci sulfurici *P.* 1.
Solve in
Aquae destill. *P.* 500.

Ph. Gall. Zinci sulf. 0,15, Aquae Rosae 100,0. Solve et filtra.

Colocynthina.

Colocynthinum.

$C_{56}H_{84}O_{23}$ ~ $C^{56}H^{42}O^{23}$.

Rp. Extracti Colocynthidis q. v.

Leni calore siccatum et in pulverem terendo redactum misce cum
Aquae destill. tepidae

quantitate quintuplice et sepone per horas tres, saepius agitando. Tum liquori filtrato primum instilla
Plumbi acetici soluti q. s.,

deinde
Aceti plumbici q. s.,

quamdiu inde liquor turbatur. Liquor denuo filtratus addendo Acidum sulfuricum dilutum et filtrando a plumbo liberetur, tum addatur
Acidi tannici in aqua soluti q. s.

quamdiu turbatio inde efficitur et eo modo, ne acidum tannicum superet. Liquorem sepone loco calido, ut praecipitatum subsidat et in massam resinosam transeat. Liquore defuso, praecipitatum aqua abluatur, tum in
Spiritus vini absoluti q. s.

solutum cum
Plumbi oxydati hydrati

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0176-5 DFG

quantitate quintuplici inter agitationem commisceatur et per horas duas seponatur. Dein liquor a sedimento filtrando separatus gas hydrosulfuratum introducendo a plumbo liberetur. Quo facto liquor filtratus cum carbone animali pulverato commisceatur et post macerationem per biduum quam maxime decoloretur, tum liquor denuo filtratus loco vix tepido (25° C.) seponatur, ut exhalando siccescat. Massa sicca ope aetheris aethylici, ab aqua plane liberi, eluta, tum in aëre siccata servetur. Sit pulvis flavus vel flavidus (amorphus), peramarus, facile solubilis in aqua et spiritu, insolubilis in aethere. Drasticum, hydragogum. *Dosis:* 0,1—0,2—0,4; subcutanea: 0,01 —0,02.

Compositio Hollandica.

Holland Compound.

Rp. Kali silicici sicci *P.* 1
Natri carbonici exsiccati *P.* 3.

Misce.

Usus: 10,0—15,0 Gm. sufficiunt ad aquae communis Litras 100 a calcaria liberandas.

Conchinini sales.

α-Chinidini (Quinidini) sales vel β-Chinini sales aequali modo quo sales chininici parentur. Conchininum sulfuricum officinale (basicum) explicatur formula:

$2C_{20}H_{24}N_2O_2 \cdot H_2SO_4 + 2H_2O = 782$
$2C^{20}H^{12}NO^2, SO^3, HO + 2HO = 391.$

Formulae et pondus atomicum et aequivalentarium congruunt cum iisdem Chinini sulfurici officinalis basici. *P.* 9 Sulfatis Conchinini et *P.* 10 Sulfatis Chinini inter se conveniunt. *Doses* salium Conchinini eas Chinini salium (1/10) superant.

Conchininum tannicum.

Chinidinum optimum tannatum. Tannas Quinidinae. Quinidinum tannicum.

Paretur modo quo Chininum tannicum e Conchinini sulfurici 1,0 et Acidi tannici 2,6.

Condita et Confecta.

Rp. Partes plantae cujusvis.
Coque aut digere cum
Aquae destill. q. s.,

donec emolliantur. Aqua defusa, ingere illas in
Syrupum Sacchari densiorem
et macera, donec fere pelluceant. Tum eximantur, Saccharo pulverato large conspergantur et loco calido (30—40° C.) siccentur. Serventur loco sicco.

Confectio Amygdalarum.

Conserva Amygdalarum. *Orgeat. Looch solide. Pâte d'amande. Mandelcrême.*

Rp. Amygdalarum dulc. *P.* 60
Amygdalarum amar. *P.* 6.

Macerentur in aqua frigida per noctem unam et deglubantur. Tum in mortario lapideo ope pistilli lignei, subinde addendo
Aquae Aurant. flor. *P.* 18,
in pultem tenerrimam redigantur et cum
Sacchari albi optimi *P.* 60
Gummi Arabici *P.* 3
commisceantur. Pasta Saccharo conspersa asservetur.

Quantitate aquae 10- vel 15plici mixta et soluta refert *Orgeade.*

Confectio Aurantii

Ph. Lond. et Edinb.

Conserva Aurantii. *Scotch marmalade.*

Rp. Corticis recent. Aurant. raspando collecti *P.* 1
Sacchari albi *P.* 3.

Contundendo exacte commisceantur.

Confectio Cinae.

Semen Cinae conditum.

Rp. Florum Cinae integror. elect. *P.* 1.

Immittatur cacabo aeneo suspenso super igne lenissimo libero et modice inter agitandum calefiat. Dein cochleatim admisce Saccharum pulv. et
Syrupi Sacchari, ad justam consistentiam cocti *P.* 2.

Lege artis fiat mistio manu amylo conspersa in mobili isto cacabo ita, ut singula semina saccharo includantur. Separentur cribri ope a saccharo superfluo.

Confectio hyacinthina.

Confectio d'Hyacinthe. Rothes Konfekt. Hyacinthrother Magenzucker.

Rp. Mellis depurati

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0177-1

Syrupi Cort. Aurant. aa P. 20
Glycerinae *P.* 10.

Mixtis et calefactis admisce pulverem subtilissimum, commixtum e

Concharum pp. *P.* 10
Boli Armenae *P.* 8
Cassiae cinnam. *P.* 4
Pulveris aromatici *P.* 1
Ligni Santali rubri *P.* 15
Myrrhae
Croci aa *P.* 1
Elaeosacchari Neroli *P.* 1/3.

Post digestionem per horae quadrantem miscelae refrigeratae admisce

Sacchari subt. pulv. q. s.,

ut fiat massa spissitudinis electuarii grumulosi. Stomachicum, antidyspepticum. *Dos.* 2,0—10,0 bis terve per diem.

Interdum massa, addita minima quantitate radicis Althaeae pulveratae, in pastillos redigitur, qui ita siccentur, ut pars interior pastilli mollis permaneat (Pastilli hyacinthini).

Confectio Piperis.

Electuarium Piperis *Ph. Brit.*

Rp. Piperis nigri *P.* 2
Fructuum Carvi *P.* 3.

Subtilissime pulveratae misceantur cum

Mellis depurati *P.* 15.

Ph. Brit. Dosis 3,0—5,0—8,0,

Confectio Zingiberis sicca.

Rp. Sacchari albi pulv. *P.* 16
Radicis Zingib. sbt. pulv. *P.* 1
Mucilaginis Tragacanth. q. s.

Misceantur, ut fiat massa, quae in morsa formae Radicis Zingiberis redigatur. Siccata in ollis e lamina alba ferrea confectis asserventur.

Coniinum.

Cicutina. Conicina. Coniina. *Conine. Conicine.*

$C_8H_{17}N$ — $C^{16}H^{17}N$=127.

Rp. Herbae Conii maculati recentis cum seminibus concisae et contusae *P.* 100
Aquae *P.* 300—400
Liquoris Kali caustici eam quantitatem,

quae continet

Kali caustici anhydri *P.* 3.

Mixtis et in vesicam destillatoriam ingestis, destillatio instituatur, quamdiu aqua graveolens prodit. Haec aqua, oleo innatante separato,

Acidi hydrochlorici q. s.

perfecte saturetur et a luce remota in vase vitreato quam celerrime ad spissitudinem syrupi evaporetur. Residuum cum

Spiritus aetherei quantitate 4pla

(ex Aetheris *P.* 1 et Sp. V. rectfss. *P.* 3 parati) inter conquassandum digere, tum filtra. Tinctura obtenta, Aquae destill. pauxillo affuso, tum Spiritu aethereo maxima ex parte destillando elicito, ad syrupi spissitudinem evaporet. Residuum hac evaporatione obtentum cum

Liquoris Kali caustici (p. spec. 1,3) volumine aequali

commisceatur et ex balneo Calcii chlorati fere ad siccum destillet. Fluido destillato adde

Calcii chlorati fusi pulv. puri tantum,

quantum ad separandam aquam adhaerentem opus est. Mixtura stet (a luce remota) in lagena clausa, identidem conquassata, per aliquot dies. Quo facto, Coniinum a lixivio salino defusum decantha et in lagenulis optime obturatis atque charta nigra velatis loco frigido caute serva. Effic. circiter *P.* 0,75. Pond. spec. 0,89. Ebulliat 170° C.

Vis anodyna, antispasmodica, organa glandulosa petens, antineuralgica. *Dosis:* 0,0005—0,002 bis terve per diem. *Dos. maxima:* 0,002, pro die 0,01!! In unguine, linimento 0,05—0,1 : 10,0. Inject. subcutan. 0,0005—0,001.

Coniinum hydrobromicum.

Coniinum hydrobromatum. Bromhydras Coniini s. Cicutinae s. cicutinicus. Cicutina hydrobromata.

$C_8H_{17}N \cdot HBr$—$C^{16}H^{17}N,HBr$=208.

Rp. Coniini decoloris 10,0
Aetheris offic. 100,0.

In lagenam cylindricam orificio amplo constructam infusis mixtisque ingere ope tubi vitrei

Acidum bromhydricum gasiforme siccum,

donec formatio crystallulorum cessat. Sedimentum supra lanam vitream in infundibulo collige, aethere ablue et loco tepido celeriter sicca. Ad depurationem salem in aethere spirituoso solve et sepone, ut aether et spiritus evaporatione spontanea diminuantur et crystallula demittant.

Crystallula decoloria acicularia prismatica, in aqua et Spiritu facile solubila. Loco Coniini utitur. *Dosis:* 0,001—0,005. *D. maxima* 0,005, pro die 0,015!!

Hic bromhydras etiam paratur miscendo Coniinum cum Acidi hydrobromici aquosi q. s. etc.

Conserva Cassiae.

Cassia cocta. Pulpa Cassiae.

Rp. Pulpae Cassiae fistul. *P.* 500
Sacchari pulv. *P.* 328
Aquae dest. ferv. *P.* 172.

Misce leni calore. (*Ph. Belg.*)

Conserva Conii.

Rp. Herbae Conii maculati recentis, minutim concisae *P.* 1.

Contundatur in mortario lapideo ope pistilli lignei, ut fiat puls aequabilis, cui per cribrum urgendo trajectae exacte admisce

Sacchari albi pulv. *P.* 3.

Conterendo fiat massa homogenea, quae denuo per cribrum urgeatur. Massam tum serva in ollis vitreis clausis loco sicco. (*Ph. Gall.*)

Ad conservationem pars vicesima Glycerinae addatur.

Eodem modo parentur:

Conserva Beccabungae ex Herba Veronicae Beccabungae florente.

— **Cochleariae** ex Hb. florente Cochleariae officinalis.

— **Hyoscyami** ex Herba florescente Hyoscyami nigri.

— **Nasturtii** aquatici ex Hb. juniore Nasturtii officinalis Rob. Br.

Conserva Rosae petalorum rubrorum.

— **Sabinae** ex Hb. Juniperi Sabinae.

— **Urticae** ex Hb. Urticae urentis.

Conserva Cynorrhodi.

Conserva Rosae fructuum. Conserva Cynosbati fructus. *Hagebuttenconserve.*

Fructus vix maturos, cum calyce (Rosae caninae) collectos libera a limbo calicis et partibus tumidis pedunculi, etiam tolle achaenia capillosque. Massam carnosam fructuum coccineorum ingere in ollam porcellaneam, consperge paulo vini albi et sepone loco frigido. Massam tum emollitam contunde et per cribrum perprime. Deinde partibus duabus massae pulposae admisce

Sacchari albi pulverati *P.* 3

per aliquot minuta calefaciendo. Massa pulposa refrigerata in ollis bene clausis servetur. *Ph. Gall.* Conservationis causa conservae partem vicesimam Glycerinae admiscere solent.

Conserva Cynosbati Fructuum.

Conserva Cynorrhodii s. Rosae fructus. Confectio Rosae caninae *Ph. Brit.* *Confection of Hips Ph. Brit.*

Rp. Fructuum Rosae caninae maturescentium q. v.

Ab seminibus, rudimentis calycis et pedunculis, atque a pilis liberatos fructus aqua fervida consperge et loco calido sepone, donec emolliantur. Tum ad pultem tenerrimam, per cribrum trajiciendam, contundantur.

Pultis sic obtentae *P.* 1

commisceatur cum

Sacchari albi pulv. *P.* 2.

Miscelam calefactam, tum refrigeratam serva in ollis vitreis clausis.

Conserva Rosae.

Confectio Rosarum. Conserva Rosae rubrae. Confectio Rosae Gallicae.

Rp. Florum Rosae rubrae subt. pulv. *P.* 30.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0179-5

Macerentur calore balnei vaporis per horam unam in vase clauso cum

Glycerinae *P.* 20

Aquae Rosae *P.* 40

inter agitandum spathula lignea (non ferrea). Tum admisce exacte

Sacchari albi pulv. *P.* 20,0,

ut fiat l. a. calore modico conserva. Serva in ollis vitreis clausis.

Ph. Gall. Petalorum rec. Rosae rubrae 10,0, Aq. Rosae 20,0, Sacch. pulv. 65,0 Glycerin. 5,0.

Ph. U. St. Flor. Rosae pulv. 8, Sacchari 64, Mellis dep. 12, Aq. Rosae 16.

Ph. Brit. Flor. Ros. rubr. rec. 10, Sacchari 30.

Simili modo parentur ex tempore:

Conserva s. Confectio Fumariae herbae,

— Hederae terrestris,

— Helenii rad.,

— Menthae herbae.

Conserva Tamarindorum.

Rp. Pulpae Tamarindor. *P.* 2

Sacchari pulv. *P.* 3.

Misce exacte.

Ph. Gall. Pulp. Tamar. 50,0, Aq. 50,0 Sacch. pulv. 125,0. Leni calore evaporando ad 200,0 redigantur.

Conservamenta.

Conservationsmittel.

Conservatoria carnaria.

Fleisch-Conservirungsmittel. Fleischpräservesalze. Conservesalze.

Rp. Natrii chlorati (salis culina-
[1] ris) *P.* 25
Boracis *P.* 60
Acidi borici *P.* 15.

Misce. Fiat pulvis subtilior. Caro plerumque pulvere hoc conspergitur. Sub nomine *Berlinit* hic pulvis in mercatura reperitur.

Rp. Natrii chlorati
[2] Kali nitrici aa *P.* 35
Boracis *P.* 20
Acidi borici *P.* 10.

Misce. Fiat pulvis.

Rp. Natrii chlorati
[3] Natri sulfurici dilapsi
Natri sulfurosi
Kali sulfurici
Boracis aa *P.*

Misce. Fiat pulvis.

Rp. Kali sulfurici
[4] Kali nitrici
Boracis
Acidi borici
Natrii chlorati aa *P.* 25
Natri sulfurosi *P.* 20
Aluminis *P.* 5.

M. Fiat pulvis.

Lacca conservatrix cadaverum *(Helleri).*

Leichenlack.

Rp. Guttae-Perchae ope aquae fervidae mollitae, minutim conc. et siccatae q. v.

Solve agitando seponendoque in

Alcoholis Sulfuris q. s.

Usus. Solutione sedimentando depurata partes cadaverum desiccatae penicilli ope iterumque illinuntur.

Liquor cadavera conservans.

Rp. Salis culinaris
[1] Aluminis aa 1000,0
Kali nitrici 500,0
Aquae litras 20.

Solve et misce.

Rp. Aluminii sulfurici
[2] Aluminis crudi
Salis culinaris aa *P.* 100
Aquae *P.* 2000.

Misce et solve.

Rp. Aluminii sulfurici 1000,0
[3] Pulv. sem. Strychni 100,0
Aquae fervidae litras quinque (5).

Coque, donec litrae duae remaneant, quas per filtrum chartaceum funde.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0180-6 DFG

Liquor ad condiendos mortuos.

Injection pour embaumements de Sucquet.

Rp. Liquoris Zinci chlorati (pd.
[1] (sp. 1,375) q. v.

Ad injectiones liquor aquae copia quintuplice diluatur.

Rp. Zinci chlorati 1000,0
[2] Acidi carbolici 100,0
Aquae destill. 8900,0.

Solve et misce.

Liquor confectorius.

Liquor ad allinendas pellium partes interiores.

Rp. Corticis Chinae fusci
[1] — Granatorum
Herbae Absinthii
— Tabaci
Ligni Quassiae
Radicis Gentianae
Corticis Quercus aa P. 2.

Grosse pulveratas coque cum
Aquae communis P. 75.

Colaturae P. 60 adde
Aluminis pulv. P. 1
Acidi carbolici puri P. 2.

Rp. Gallarum Sinensium
[2] Aluminis crudi aa P. 5
Acidi carbolici puri P. 3
Aquae fervidae P. 150.

Digere, agita et filtra.

Liquor ad conservandas partes

animalium recentes.

Rp. Zinci sulfurici P. 10
Aquae destill. P. 30.

Solve et filtra. *Vis* augetur addita Acidi carbolici cryst. P. 1.

Liquor conservatorius

Burnetti.

Liquor antisepticus s. desinficiens Burnetti. *Burnett's desinfecting fluid.*

Rp. Zinci chlorati 100,0
Aquae destill. 200,0.

Solve.

Ad desinfectiones liquor aquae copia vigintuplici vel trigintuplici dilutus adhibeatur. Ad conservationem corporum animalium liquor aquae copia decuplici vel vigintuplici diluatur.

Liquor conservatorius

Smithii.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi
Camphorae aa P. 1.

Solve agitando in
Spiritus V. rectfss. P. 6000.

Liquor contra Insecta.

Rp. Arsenici albi pulv. P. 1
[1] Aluminis crudi P. 15
Aquae phenylatae P. 100.

Digerantur per unum diem, saepius agitentur, tum filtrentur.

Rp. Naphthalinae P. 2
[2] Acidi carbolici cryst. P. 3
Spiritus Vini rectfss. P. 120.

Digerendo misce.

Usus. Ad illinendas fricandasque partes interiores et exteriores pellium, atque etiam ad partes pellium crinibus vel plumis obsitarum.

Massa ad effarcienda cadavera.

Masse zum Ausstopfen.

Rp. Gypsi usti
Carbonis ligni,
Carbonis fossilis aa P.

Grosse pulveratae commisceantur.

Massa s. Pulvis conservans ad butyrum.

Rp. Sacchari P. 3
Kali nitrici P. 3
Salis culinar. P. 4
Calcariae phosphoricae, e solutione ossium acida Ammonio caustico praecipitatae, siccae P. 1.

M.

Massa vernicea ad

inducendum super ligna, putredinem prohibens.

Schutzmittel gegen das Faulen des Holzes.

Rp. Colophonii P. 50

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0181-2 DFG

Picis nigrae *P.* 10
Asphalti *P.* 5.
Colliquando mixtis, tum semirefrigeratis inter agitandum paulatim admisce
Petrolei Americani *P.* 50.
Dein adde miscelam calidam, paratam ex
Arenae siccae subtilioris *P.* 150
Cretae laevigatae *P.* 50
Cupri sulfurici pulv. *P.* 15.

Pulvis ad condienda cadavera.

Pulvis pollinctorius. *Poudre pour les embaumemens. Pulver zum Einbalsamiren.*

Rp. Corticis Quercus
Gallarum aa 150,0
Salis marini 75,0
Kali sulfurici 50,0
Gypsi pulverati 200,0
Herbae Rorismarini
— Salviae
— Thymi
— Menthae pip.,
Florum Lavandulae aa 25,0
Lapidis specularis
Aluminis usti
Ligni Quassiae pulv.
Benzoës
Myrrhae
Caryophyllorum
Nucum moschatarum
Piperis nigri
Radicis Zingiberis aa 50,0
Aloës 20,0.
Olei Succini rectif.
Olei Citronellae aa 5,0
Olei Citri 10,0.
M. f. pulvis grossiusculus.

Vernix ad illinenda ligamenta, quibus cadaver circumvolvitur, constat e
Balsami Peruviani
— Copaivae
Styracis liquid. aa *P.* 150
Olei Nuc. moschat. *P.* 50
— Lavandulae *P.* 15
— Thymi *P.* 5,
quae digerendo commisceantur. Vel

Rp. Paraffini *P.* 10
Naphthalinae *P.* 3.
Liquando bene mixtis, tum refrigeratis affunde
Benzini *P.* 25.
Digere leni calore, ut solutio efficiatur. Liquore tepido ligamenta illinantur. Flamma ne prope accedatur.

Pulvis conservativus cadaverum.

Pulvis ad condienda cadavera *Ph. Gall. Leichenconservirpulver.*

Rp. Zinci sulfurici pulv. 2000,0
Scobis ligni albi (pinei) 10 000,0.
Mixtis adde
Acidi carbolici
Olei Thymi aa 200,0
soluta in
Spiritus vini (90 %) 200,0.
Ph. Gall.

Pulvis conservatorius ad cadavera devehenda.

Pulver zum Transport der Leichen.

Rp. Pulveris coriarii (*Gerberlohe*)
[1] *P.* 1
Carbonis ligni grosse pulv. *P.* 2.
Misce.

Rp. Scobis ligni albi 5000,0
[2] Zinci sulfurici
Aluminis
Ferri sulphurici cryst. aa 1000,0.
Misce, fiat pulvis grossus. Si vis, hunc pulverem consperge
Olei Lavandulae 50,0
Acidi carbolici 25,0
Spiritus vini fort. 300,0.
His pulveribus cadavera involvuntur.

Pulvis conspergatorius

ad insecta a pellibus animalium farctorum arcenda.

Rp. Ammonii muriatici *P.* 8
[1] Aluminis usti *P.* 4
Cinerum Hb. Nicotianae *P.* 24
Aloës *P.* 1.
M. f. pulvis.

Rp. Aluminis usti pulv. *P.* 100

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0182-8 DFG

[2] Acidi carbolici *P.* 5
(Pulv. Flor. Pyrethri rosei *P.* 20).
Misce.

Pulvis conspergatorius,
pinguedinem absorbens, ad interendas pellium partes interiores.

Rp. Calcariae hydricae *P.* 2
Cinerum Hb. Nicotianae *P.* 1.
Mixtas per cribrum trajice.

Sapo aluminatus.
Alaunseife.

Rp. Saponis domest. pulv. *P.* 15
Kali carbonici *P.* 5
Aluminis pulv. *P.* 2
Aquae destill. *P.* 20
Petrolei Americani
Acidi carbolici cryst.
Camphorae pulv. ãa *P.* 2.
M. ut fiat massa.

Sapo arsenicalis.
Arsenikseife.

Rp. Saponis domest. pulv. *P.* 5
Aquae communis *P.* 10
Calcariae ustae *P.* 1
Kali carbonici *P.* 3
Arsenici alb *P.* 4
Camphorae *P.* 1.
M. Dentur in ollam.

Spiritus Vini arsenicatus ad insecta, quae asservare vis, interficienda.

Rp. Spiritus Vini alcoholisati *P.* 1000
Acidi arsenicosi subtilissime pulverati *P.* 1.
Macera loco tepido per aliquot dies et saepius agita, tum filtra. Vis augetur, si Acidi carbolici *P.* 5 aut Benzoli *P.* 100 addis.

Convallamarina.
Convallamarinum.

Rp. Plantas totas Convallariae majalis post florescentiam collectas et aëre siccatas, minutim concisas.
Affunde.
Aquae dest. (80° C.) calidae
copiam sextuplicem, per horas duas sepone, tum exprimendo cola. Residuo denuo
Aquae dest. calidae
copiam quintuplicem affunde et age ut antea notatum est. (Residuum leni calore siccetur et ad parationem Convallarinae seponatur.) Liquoribus aquosis commixtis instilla
Aceti plumbici q. s.,
quamdiu inde turbatio efficitur. Liquori filtrato adde
Natrii carbonici soluti q. s.,
ut plumbum solutum perfecte praecipitetur. Liquori denuo filtrato instilla
Acidi tannici soluti
quantitatem sufficientem, donec praecipitatum inde non amplius efficiatur. Praecipitatum in filtro collige et cum volumine triplice
Plumbi oxydati praeparati
commisce, ut aquam addendo puls semifluida efficiatur. Post dies tres puls saepius agitata loco tepido siccetur et affusa quantitate sufficiente
Spiritus Vini rectfss.
extrahatur. Tincturam filtrando collectam leni calore evapora, tum massam residuam, in pulverem tritam Aethere (a spiritu libero) elue, deinde in spiritu solutam et filtratam leni calore evaporando ad siccum redige. Sit pulvis albus, saporis e dulciusculo amarissimi, solubilis in aqua et spiritu, insolubilis in aethere. Vis medicinalis eam Digitalis aequat. *Dosis:* 0,05—0,06 mono- vel bihorio per diem. *Dos.* subcutanea: 0,005, 0,01—0,02 pluries per diem

Convallarina.
Convallarinum.

Rp. Plantarum Convallariae majalis florescentis siccatarum, in paratione Convallamarinae aqua calida extractarum, in pulverem grossum transductarum q. v.
Spiritus vini rectfss. q. s. affundendo digerendoque extrahantur. Colaturae commistae cum

Plumbi subacetici soluti q. s. misceantur, post agitationem filtrentur et liquor filtratus gase hydrosulfurato a plumbo liberetur. Liquorem denuo filtratum, Spiritu maxima ex parte destillando elicito, sepone loco frigido, ut Convallarina in crystallula transeat. Lixivium matrix cum aqua mixtum dilutumque sepone per diem unum. Massa resinosa deposita cum Aetheris copia decupla misceatur et saepius agitando per diem unum seponatur. Substantia ab aethere non soluta cum carbone animali misceatur et cum Spiritu absoluto mixta digeratur, filtretur et filtratum seponatur, ut crystallula secernantur. Crystallula omnia collecta macerando in Aethere a Chlorophyllo resinaque liberentur. Postremo crystallula solvendo in Spiritu absoluto seponendoque denuo in crystallula transducantur. Convallarinae in *dosi* 0,2—0,25 vis purgativa imponitur.

Cordiale Rubi fruticosi.

Brombeercordial. Blackberry Cordial.

Rp. Corticis Cassiae cinnamomeae 50,0
Caryophyllorum aromaticorum 10,0
Seminis Myristicae 5,0.

Contusis affunde

Spiritus Vini (90 %) 1000,0
Aquae destillatae 500,0
Olei Citri corticis
Olei Naphae $\widehat{aa}$ 0,25.

Digere per aliquot dies. Colaturae exprimendo collectae admisce

Succi fructuum Rubi fruticosi
Syrupi Sacchari $\widehat{aa}$ 2000,0.

Sepone per dies quatuor, tum decantha et filtra. *Nat. Form.*

Cosmetica Parisiensia.

Acetum cosmeticum.

Cosmetic vinegar.

Rp. Tincturae Benzoës *P.* 60
Balsami Peruviani *P.* 10
Aquae Coloniensis *P.* 120
Spiritus V. rectificati *P.* 500
Balsami Vitae Hoffm. *P.* 150
Aceti concentrati *P.* 100,
Aquae *P.* 200.

Misce, sepone per octo dies et filtra. Signa:

Société Hygiénique.

VINAIGRE DE TOILETTE

Cosmétique et Sanitaire.

Le Vinaigre de Toilette de la Société Hygiénique n'admet dans sa composition que des substances toniques, aromatiques et salutaires. Il remplace avec une grande superiorité l'eau de Cologne et toutes les compositions, qui comme cette eau siccative et brûlante ont pour base l'esprit de vin ou l'eau-de-vie: il est plus riche en principes aromatiques et balsamiques; son odeur est plus fine et plus suave.

Lorsqu'on se sert du Vinaigre de la Société Hygiénique en lotions pour le visage, les mains et toutes les parties du corps (quelques gouttes par verre d'eau), il rafraîchit et adoucit la peau, il augmente sa blancheur, et en lui donnant du ton et de la fermeté, il préserve des rides et efface celles qui sont occasionnées par des maladies ou autres causes accidentelles; il fait disparaître les rougeurs, boutons, taches de rousseur, éphélides et efflorescences.

Après la barbe il ôte le feu du rasoir mieux que tout autre cosmétique.

Un bain dans lequel on ajoute la moitié d'un flacon de ce Vinaigre raffermit les chairs, fait disparaître l'ardeur et la sécheresse de la peau, enlève des démangeaisons, redonne de la souplesse et de la vigueur aux membres fatigués, répare les forces, détruit toute odeur de transpiration et procure un bien être inexprimable.

Employé pour la bouche (six à huit gouttes dans un verre d'eau), il raffermit les gencives, enlève le tartre, blanchit les dents, et rend l'haleine douce et fraîche. Il est très utile aux personnes dont l'haleine a perdu de sa fraîcheur ou qui au réveil ont la bouche chaude, amère, sèche ou pâteuse, ainsi qu'aux fumeurs auxquels il ôte toute odeur de tabac.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0184-9 DFG

Ses qualités toniques et balsamiques le rendent inappréciable pour les soins journaliers et les usages délicats et secrets de la toilette des Dames. On en met une demi-cuillerée pour deux ou trois verres d'eau, et on l'emploie en lotions et en injection, il maintient les parties fraîches, leur donne du ton et préserve des flueurs blanches.

Les médecins recommandent le Vinaigre de la Société Hygiénique aux personnes qui visitent les malades, qui fréquentent les spectacles, les bals et autres lieux, où l'air est plus ou moins vicié; à celles qui sont sujettes aux pesanteurs de tête, aux migraines, aux maux de cœur, aux étouffements, aux syncopes. On s'en frotte la paume des mains, on le respire dans un flacon ou sur le mouchoir. Il assainit et purifie l'air, il fortifie et ranime les fonctions des organes de la respiration, il rafraîchit le cerveau et donne du ton à tout l'organisme.

Le prix du Vinaigre de la Société Hygiénique est de 2 fr. le flacon.

Acetum lenocinarium.

Vinaigre de toilette.

Rp. Benzoës pulv. *P.* 5
Styracis *P.* 10
Balsami Peruviani *P.* 2
Olei Lavandulae *P.* 20
Olei Cassiae *P.* 10
Olei Caryophyll. *P.* 5
Ammonii caust. solut. *P.* 15
Spiritus V. rectfss. *P.* 7500.

Digere per aliquot dies, tum affunde
Aquae Coloniensis *P.* 2500
Aceti puri *P.* 5000
Acidi pyrolignosi rectif. *P.* 100.

Sepone loco frigido et saepius agita, tum filtra.

Eau d'Hébé

contre les rousseurs.

Rp. Olei Lavandulae *P.* 25
Olei Citri *P.* 10
Olei Bergamottae *P.* 5
Olei Rosae *P.* 3
Spiritus V. rectfss. *P.* 2000
Aceti destillati *P.* 5000.

Misce, sepone et filtra.

Acetum sanitatis.

Hygienic Vinegar.

Rp. Olei Caryophyllorum
Olei Lavandulae āā *P.* 1
Olei Majoranae *P.* 1/2
Tincturae Benzoës *P.* 60
Spiritus V. rectfss. *P.* 150
Aceti destillati *P.* 300.

Misce, sepone, filtra.

Aqua aspersoria odorifera.

Sprengwasser.

Rp. Aquae destillatae *P.* 2
Aquae Coloniensis
Spiritus V. rectfss. āā *P.* 1.

M. et filtra.

Aqua Atheniensis.

Eau Athenienne.

Rp. Balsami Vitae Hoffm.
Aquae Coloniensis
Essentiae Iridis Florent. āā *P.* 200
Essentiae Moschi
Essentiae Ambrae āā *P.* 1
Tincturae Quillajae *P.* 25
Glycerinae optimae *P.* 150.

Misce, sepone et filtra.
Signa: *Eau Athénienne pour nettoyer la tête et enlever les pellicules.*

Bay-Rum imité

ad usum cosmeticum.

Rp. Tincturae Quillajae *P.* 2
Aquae Coloniensis
Spiritus V. rectificati āā *P.* 5,
Glycerinae *P.* 2.

Misce, sepone et filtra.
Conf. Spiritus Myrciae.

Aqua boraxata odorata.

Cosmétique contre les taches de rousseur.
Sommersprossenwasser.

Rp. Boracis *P.* 5
[1] Kali chlorici *P.* 1
Spiritus Resedae *P.* 2
Aquae Rosae
Aquae Naphae āā *P.* 20.

In lagenam immissas sepone, interdum agitando, per aliquot dies et filtra.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0185-5

Rp. Zinci sulfocarbolici 2,0
[2] Glycerinae 20,0
Aquae Rosae 30,0
Aquae Coloniensis 5,0.
Misce et solve.
Usus: Lentigenes saepius humectentur.

Lenticulosa.

Rp. Kali carbonici *P.* 10
[3] Kali chlorici *P.* 5
Boracis *P.* 2
Aquae Rosae
Aquae Naphae āā *P.* 50
Sacchari albi *P.* 10
Glycerinae *P.* 25.
Misce, solve et filtra. Remedium contra cutis maculas omnis generis, naevos etc.

Aqua Bototii.

Eau dentifrice. Eau de Botot.
Tinctura gingivalis.

Rp. Seminis Anisi *P.* 80
Caryophyllorum
Cassiae cinnam. āā *P.* 20
Olei Menth. pip. *P.* 10
Coccionellarum *P.* 5
Vanillae *P.* 1
Spiritus V. rectfss. *P.* 800
Aquae Rosae *P.* 200.
Digere per 8 dies et filtra. Colaturae adde
Essentiae Ambrae *P.* 1.
Signa: *Quelques gouttes dans un verre d'eau pour se rincer la bouche.*

Ou
Société Hygiénique
EAU DENTIFRICE.

Cette Eau, exempte de tout acide, est le produit concentré de toutes les plantes toniques et balsamiques les plus convenables pour les soins de la bouche.

Elle fortifie et raffermit les gencives, conserve l'émail des dents, entretient leur blancheur, les préserve de la carie et en arrête les progrès, en outre, elle donne de la fraîcheur à la bouche et rend l'haleine pure et suave.

On en verse dix à douze gouttes dans un demi-verre d'eau, on y trempe une brosse ou une éponge fine, et on s'en frotte les dents en tous sens, puis on se rince la bouche avec le même melange.

PRIX:
ENTREPOT GÉNÉRAL A PARIS
Rue de Rivoli, 65, près la r. l'Arb.-Sec.
Ci-devant rue J.-J. Rousseau, 5.

Aqua cosmetica.

Lilionèse.

Rp. Kali carbonici *P.* 1
[1] Boracis Veneti *P.* 2.
Solve in
Aquae Rosae
Aquae Rubi Idaei
Aquae Coloniens. opt. āā *P.* 20.
Mixtionem bene agitatam sepone, tum filtra.

Rp. Kali chlorici *P.* 1
[2] Aquae Rosae *P.* 20
Aquae Coloniensis *P.* 100
Aquae Rubi Idaei *P.* 10.
Mixtae stent per aliquot dies, tum filtrentur. Dein admisce
Acidi salicylici 2,0
Talci Veneti *P.* 20.
Signa: *Lilionèse. Gegen gelbliche Haut, gelbe und braune Flecken, Finnen und Mitesser.*

Aqua cosmetica

Guerlainii.

Eau cosmétique de Guerlain contre les taches de rousseur (Sommersprossen).

Rp. Tincturae Benzoës *P.* 10
Spiritus V. rectfss. *P.* 50
Aquae Amygdalarum amar. concentratae *P.* 300.
Mixtas infunde in
Aquae Rosae *P.* 6000
Aceti plumbici *P.* 100
et agita.

Aqua cosmetica

Kummerfeldii.

Rp. Sulfuris sublimati trit. *P.* 1
Spiritus camphorati *P.* 2
Spiritus Lavandulae
Glycerinae āā *P.* 5
Aquae Coloniensis *P.* 10
Aquae destill. *P.* 60.
Misce et agita. Conf. Aq. lavatoria Kummerfeld.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0186-1

Aqua cosmetica Lubini.

Eau de toilette pour rafraîchir et adoucir la peau de Lubin (Tolutine de Rigaud).

Rp. Spiritus V. rectfss. 175,0
Tincturae Iridis Florent. 70,0
Tincturae Bals. Tolutani 35,0
Tincturae Moschi *Gutt.* 25
Olei Lavandulae *Gutt.* 30
Olei Bergamottae 2,5
Olei Caryophyllorum *Gutt.* 2
Olei Unonae odoratissimae (Ylangylang) *Gutt.* 2.

Misce, sepone per aliquod tempus et filtra.

Aqua cosmetica Viennensis.

Rp. Amygdalar. dulcium *P.* 50
Amygdalar. amarar. *P.* 25
Aquae Rosae
Aquae Naphae aa *P.* 300.

L. a fiat emulsio, in qua solve
Boracis *P.* 5.

Tum admisce
Tincturae Benzoës *P.* 10.

Aqua Cyprica.

Eau de Cypre. Cyperwasser.

Rp. Essentiae Moschi *P.* 1
Essentiae Ambrae
Essentiae Vanillae
Essentiae Iridis Florent.
Essentiae Tonco aa *P.* 10
Spiritus Rosae destillatae *P.* 40—60.

Misce sepone et decantha.

Aqua dentifricia.

Eau de Botot.

Rp. Caryophyllorum aromat.
Cassiae cinnamom.
Fructus Anisi stell. aa *P.* 15
Spiritus V. rectfss.
Spiritus V. rectf. aa *P.* 500.

Digere, tum adde mixturam conterendo effectam e
Coccionellae *P.* 3
Tartari depurati *P.* 5,

deinde adde
Olei Menth. pip. *P.* 5.

Macera per aliquot dies, saepius agita et filtra.

Aqua dentifricia et oscularia.

J. N. B. Cracau's Zahn- und Mundwasser.

Rp. Thymoli 0,5
Acidi salicylici 0,3
Natrii bicarbonici 1,0
Olei Menthae piperitae
Olei Caryophyllorum aa 0,3
Spiritus Vini 30,0
Aquae destillatae 70,0.

Solve et misce. Post diem unum filtra. Hic liquor aquae tepidae decuplo dilutus adhibeatur.

Aqua Hungarica cosmetica.

Rp. Olei Rorismarini *P.* 20
— Limoni *P.* 15
— Melissae *P.* 5
— Menthae pip.
— Neroli aa *P.* 1
Spiritus Rorismarin. *P.* 150
Spiritus V. rectfss. 750.

Misce, sepone et filtra.

Aqua Lavandulae Anglica.

Eau de lavande anglaise.

Rp. Spiritus Vini rectfss. *P.* 800
Aquae Rosae *P.* 600
Olei Bergamottae *P.* 10
Olei Lavandulae *P.* 20
Liquoris Ammonii caust. *P.* 2
Ambrae griseae
Moschi aa *P.* 1/5
Florum Lavandulae *P.* 30.

In vesicam destillatoriam immissae stent per diem unum, tum destillent
Partes 1000.

Nota. Residuo in vesica iterum affusis Spiritus Vini rectificati *P.* 1000, destillent *P.* 1000, quae ad mixtiones cosmeticas adhibeantur.

Aqua Lavandulae duplex amberinata.

Eau de Lavande double ambrée.

Rp. Olei Bergamottae 20,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0187-7
DFG

Olei Citri cort. 10,0
Olei Melissae Indici orient. 5,0
Moschi 0,3
Ambrae 1,0
Olei Lavandulae 10,0
Aquae Naphae 500,0
Aetheris acetici 2,0
Spiritus Vini rectfss. 1000,0.
Post macerationem destillent *P.* 1120,0, quibus admisce
Olei Neroli 0,5
Olei Rosae 0,6.

Aqua lavatoria Kummerfeldii.
Kummerfeld'sches Waschwasser. Commedonenwasser.

Rp. Sulfuris praecipitati 10,0
Camphorae 1,0
Gummi Arabici 2,0
Aquae Calcis
Aquae Rosae $\widehat{aa}$ 150,0.
M. D. S. *Waschwasser (gegen Mitesser, Talkdrüsenverhärtungen, Hautwürmer).*

Aqua Lignitiensis.
Eau de Liegnitz.

Rp. Olei Caryophyllorum
— Cassiae $\widehat{aa}$ 3,0
— Lavandulae 2,0
— Citri cort. 6,0
— Bergamottae 10,0
— Aurant. flor. 4,0
— Rosae 1,0
Balsami Peruviani 10,0
Tincturae Benzoës 25,0
Ambrae griseae 0,05
Moschi 0,1
Spiritus V. rectfss. 1600,0.
Macera per octo dies, saepius agita et filtra.

Aqua Lissabonensis.
Eau de Lisbonne ou de Portugal.

Rp. Olei Rosae *P.* 1
— Citri cort.
— Bergamottae $\widehat{aa}$ *P.* 5
— Portugalensis *P.* 10
Spiritus Vini rectfss.
— — rectf. $\widehat{aa}$ *P.* 250.
M. sepone et filtra.

Aqua Mellis odorata.
Eau de miel odorante. Honey-water.

Rp. Mellis optimi
Seminum Coriandri $\widehat{aa}$ *P.* 250
Corticis Citri recent. *P.* 30
Caryophyllorum *P.* 25
Macidis
Styracis calamitae
Benzoës $\widehat{aa}$ *P.* 15
Vanillae *P.* 12
Aquae Rosae
Aquae Naphae $\widehat{aa}$ *P.* 300
Spiritus V. rectfss. *P.* 1500.
Mixtae macerentur per aliquot dies, tum destillentur *P.* 1500, quibus instilla paululum
Essentiae Ambrae griseae et
Essentiae Moschi.

Honey-Water.

Rp. Spiritus V. rectfss. *P.* 1500
Aquae Rosae *P.* 1000
Aquae Naphae *P.* 800
Mellis *P.* 50
Olei Bergamottae *P.* 10
Corticis recent. fructuum Citri
Macidis
Caryophyllorum
Benzoës
Fructuum Coriandri
Styracis calamit. $\widehat{aa}$ *P.* 5.
Macera. Destillando eliciantur *P.* 2000, quibus instilla
Tincturae Croci q. s.
ut liquor sit paulum e flavido tinctus.
Ex tempore: Aquae Coloniensis 100,0 Olei Caryoph. Gtt. 10, Olei Meliss. Ind. Gtt. 20, Tinct. Benzoës Gutt. 30. Aquae Naphae 30,0, Tinct. Croci Gtt. 5. Misce et filtra.
Signa:

Aqua Mellis.
Superior genuine
EXTRACT OF HONEY
or
HONEY WATER
for lengthening, strengthening and effectually removing the Sourf from the Hair, preventing taking cold after the Sea-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0188-3
DFG

Bathing; and can it cease the most painful head-ache.

In bottles at 1¼, 2, 3, 4½, 6 & 9 Shillings.

Prepared and sold by
PRICE & COMP.
Perfumer to the Royal Family
Montpellier House 28 Lombard Street.
LONDON.

Aqua odorata.

Eau de bouquet. Eau de toilette.

Rp. Aquae Mellis odoratae 50,0
Aquae Coloniensis 200,0
Spiritus Jasmini 30,0
Spiritus Dianthi Caryophylli
Spiritus Iridis Florent. aa 40,0
(s. Spirit. Violarum)
Olei Neroli *Gtt.* 5.

Misce, sepone et filtra.

Aqua odorifera electa.

Eau sans pareille.

Rp. Spiritus V. rectfss. 300,0
Olei Bergamottae 5,0
Olei Citri cort. 2,0
Olei Neroli 1,0
Essentiae Ambrae 0,5
Essentiae Moschi 0,2.

Misce, sepone et filtra.

Aqua contra Papulas et Boas.

Eau contre les rougeurs du visage.
Wasser gegen Hitzblattern.

Rp. Aquae destill. 100,0
Aquae Coloniensis 25,0
Zinci chlorati 0,2.

Misce, sepone et filtra.

Aqua Principum cosmetica.

Eau de Princesses.

Rp. Tincturae Benzoës 4,0
Kali carbonici
Spiritus camphorati aa 1,0
Tincturae Moschi 0,25
Aquae Coloniensis 260,0
Aquae communis 40,0.

Misce, agita et sepone per aliquot dies, tum filtra.

Aqua stomatica.

Rollius' Mundwasser.

Rp. Boracis 15,0
Thymoli 0,2
Aquae destill. 1000,0.

Solve et misce, postremum filtra.

Aqua Weimariensis.

Eau de Weimar.

Rp. Moschi 0,1
Olei Rosae 0,6
— Lavandulae 4,0
— Caryophyllorum
— Bergamottae aa 8,0
— Citri cort. 12,0
Spiritus V. rectfss. 300,0.

Misce, sepone, tum filtra.

Ceratum rosaceum.

Cérat à la Rose.

Rp. Olei Amygdalar. 100,0
Cerae albae 50,0.

Leni calore colliquatis admisce
Carmini 0,5
Olei Rosae *Gutt.* 10.

Ph. Gall.

Cerussa cosmetica.

Poudre cosmétique. Weisse Schminke.

Rp. Talci Venet. subt. pulv. 250,0
Bismuthi subchlorati 50,0
Carmini rubri 0,05
Mixturae odoratae q. s.

M. f. pulvis.

Blanc de Perle.

Rp. Bismuthi carb. basici *P.* 5
Talci Veneti subt. pulv. *P.* 10
Barytae sulfuricae praecipit. *P.* 15.

Misce.

Blanc de fard.

Rp. Talci Veneti subtilissime pulverati *P.* 50
Aceti destillati *P.* 100.

Digere per hebdomadem, tum sedimentum in filtro collige, aqua ablue et sicca. Pulvis siccus conteratur cum
Cetacei subt. pulverati *P.* 5,
addendo Aquae destillatae quantitatem

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0189-1

sufficientem, ut fiat pasta, quae in ollas ingesta loco tepido sensim exsiccetur.

French Blanc.

Rp. Talcum Venet. subtiliter pulv.
et Essent. aliquam odoratam

Misce. Signa:

POUDRE DE RIZ FINE FLEUR PARFUMÉE

Pour Sécher, Adoucir, Rafraîchir, Blanchir la Peau & Prévenir la Transpiration.

Cerussa cosmetica rubra.

Rouge végétal. Rothe Schminke.

Rp. Blanc de fard *P.* 100.
Misce exacte cum solutione
Carthamini rubri *(Safflorroth)* *P.* 10—15 in
Spiritus Vini alcoholisati *P.* 30—40.

Massam in ollas ingere et loco tepido sensim exsicca.

Cerussa liquida.

Eau cosmétique. Schminkwasser.

Rp. Bismuthi carbonici 10,0
Talci Veneti praep. 20,0
Aquae Rosae 80,0.

Misce.

Fard liquid.

Rp. Floris Geranii sanguinei *P.* 5
Spiritus V. rectfss. *P.* 15.

Macera per hebdomadem et filtra.

Cerussa pomadina.

Pariser Theaterschminke.

Rp. Bismuthi chlorati praec. *P.* 5
Barytae sulfuricae *P.* 10
Cerae albae *P.* 3
Olei Amygdal. *P.* 7.

M. l. a. leni calore.

Corium odoriferum.

Peau d'Espagne.

Corium lavatorium *(Waschleder)* maceretur in mixtione benzoïna cum Oleis odoratis mixta, quae ad parationem Chartae fumigatoriae adhibetur, tum leni calore siccetur. Duo frustula corii sic praeparata ope strati crassioris mixtionis paratae ex

Asae foetidae *P.* 1
Moschi *P.* 2
Ambrae *P.* 5
Olei Ligni Rhodii *P.* 2
Olei Neroli
Olei Bergamottae
Olei Cinnamomi $\widehat{aa}$ *P.* 1
Tragacanthae *P.* 100
Aquae destill. q. s.,

conglutinentur, inter laminas metallicas preli leniter premantur et siccentur, tum tela bombycina involvantur.

Corpus Pomatarum duplex.

Doppelte Pomadengrundlage.

Rp. Corporis Pomat. spl. *P.* 9
Cerae flavae dep. *P.* 1.

M. leni calore.

Corpus Pomatarum flavarum.

Rp. Corporis Pomatarum simplicis *P.* 1.
Admisce
Orleanae *P.* 2,
cum
Spiritus V. rectfss. *P.* 2

contritas. Digere per diem unum et saepius agita, tum cola.

Corpus Pomatarum mite.

Milde Pomadengrundlage.

Rp. Corporis Pomat. simpl.
Olei Cacao $\widehat{aa}$ *P.* 4
— Amygdal. dulc. *P.* 1.

Colliquando commisceantur.

Corpus Pomatarum simplex.

Adeps balsamicus. *Einfache Pomadengrundlage.*

Rp. Adipis suilli rec. *P.* 500
[1] Sebi taurini rec. *P.* 200
Aluminis pulverati
Salis culinaris
Aquae Rosae $\widehat{aa}$ *P.* 1.

In catinum immissae usque ad lenem ebullitionem calefiant et saepius agitentur, tum colentur. Massa refrige-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0190-4
DFG

rata malaxando aquae purae ope bene eluatur et in catinum rejecta commisceatur cum

Benzoës pulv. *P.* 10
Styracis liquid. *P.* 1
Aquae Rosae *P.* 20.

Dein inter agitationem calefiat, donec leniter ebulliat, spumam supernatantem auferendo. Tum loco calido ad sedimentandum sepone, denique decantha et cola.

Corp. pomat simplex constans.

Rp. Vaselinae albae 400,0
[2] Ceresinae (Cerae mineralis) 80,0
Lanolinae anhydrae 60,0.

Leni calore colliquatis inter agitationem immisce

Tincturae Benzoës 25,0
Olei Geranii Ostindici 5,0
Olei Bergamottae 2,5

antea commixta, postremo

Aquae Rosae 20,0.

Conterendo unguen aequabile efficiatur, quae in vasis clausis servetur. Haec massa pomatina non rancescit.

Rp. Olei Cocoïs *P.* 600
[3] Cerae mineralis albae *P.* 150
Lanolinae hydratae *P.* 50.

Liquatis immisce

Tinct. Benzoës *P.* 50

(parata e Benzoës p. 10 et Spiritus absoluti p. 45). Tum calore balnei aquae per horae quadrantem inter agitationem calefac, donec Spiritus ex parte avolaverit. Haec massa pomatina ut antea notata non rancescit.

Corpus Pomatarum viridium.

Rp. Foliorum Solani nigri recent. concisor. *P.* 4
Spiritus Vini *P.* 1/2
Corporis Pomatarum simpl. liquati *P.* 10.

Coque leni calore usque ad consumptionem partium aquosarum. Tum ope preli calefacti cola. (Si vis, colorationem ope pigmentorum analinicorum efficere potes.)

Cosmeticum Siemerlingii.

(Lotio Gowlandii). *Gegen Hautpustel.*

Rp. Emulsionis Amygdal. *P.* 300
Aquae Amygdal. amar. *P.* 20
Hydrargyri bichlorati *P.* 1/2
Tincturae Benzoës *P.* 20
Acidi citrici *P.* 1.

Solve et misce. Laudatur ad pruriginem lavandam. Conf. Aq. Gowlandii.

Eau de mille fleurs.

Rp. Aquae Lavandulae duplicis amberinatae *P.* 2
Spiritus Vini rectfss. *P.* 1.

Misce.

Emulsio lactica cum Succo Liliorum.

Rp. Aquae Coloniensis
Aquae Rosae āā *P.* 10
— destillat. *P.* 20.

Destillent Partes 20, quibus admisceantur

Talci Veneti *P.* 4

elutriatione praeparatae.

Signa: *Emulsion laiteuse aux Sucs de Lis pour embellir le teint et enlever les taches de Rousseur, pour prévenir les Boutons et les Rougeurs de la figure (préparée par Ed. Pinaud. Paris).*

Essentia Acaciae.

Spiritus Acaciae. *Extrait d'Acacia.*

Rp. Pomatae Acaciae *P.* 3.

Lenissimo calore liquatis adde

[1] Spiritus Vini rectfss.
Spiritus rectf. āā *P.* 2.

Digere per aliquot dies et saepius agita. Tum miscelam sepone, ut plane refrigescat. Liquorem spirituosum postremum decantha et filtra.

Rp. Florum Acaciae odoriferae
[2] rec. alicujus*) *P.* 10
Aquae font. *P.* 30
Spiritus V. rect. *P.* 20.

Macera per diem unum, tum destilla calore balnei vaporis Partes 25.

---

*) Acaciae Farnesianae Willd., odoratae, odoratissimae Willd etc., Antillenkassie sunt Flores siccati Acaciae Farnesianae.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0191-0
DFG

Uti Essentia Acaciae parentur:

Essentia s. Spiritus Florum *(Extrait)*

— Cheiranthi Cheiri.
— Dianthi Caryophylli.
— Heliotropii Peruviani.
— Jasmini officinalis.
— Jasmini Sambac.
— Neroli (Flor. Aurantii).
— Polyanthis tuberosae.
— Resedae odoratae.
— Rosae centifoliae.

Essentia Ambrae.

Essence d'Ambre gris.

Rp. Ambrae griseae trit. *P.* 1
Spiritus Vini rectf. P. 15.

Digere loco tepido per aliquot dies, saepius agita, tum filtra.

Eodem modo parentur:

Essentia Balsami Tolutani,
— Styracis liquidi,
— Vanillae.

Essentia Bergamottae composita.

Essence bouquet de Bergamotte.

Rp. Olei Bergamottae *P.* 1
Spiritus Violarum *P.* 15.

M. et filtra.

Essentia Calydor lavatrix.

Rp. Olei Macidis *P.* 2
Spiritus Patchouli
Spiritus Jasmini $\widehat{aa}$ *P.* 12
Balsami Peruviani *P.* 2
Balsami de Tolu *P.* 1
Benzoës *P.* 2.

Misce digerendo et filtra. S. *Waschparfüm.*

Essentia Cedri Libani.

Extrait de Cèdre.

Rp. Olei Pini Cedri *P.* 10
Spiritus Rosae *P.* 50
— V. rectf. *P.* 180.

Misce, sepone, filtra.

Essentia Florum.

Essence of Bouquet. Ess-Bouquet.

Rp. Olei Bergamott. 10,0
[1] — Limoni 0,6
Essentiae Violar. 80,0
— Ambrae 15,0
— Resedae 150,0.

Misce, sepone, filtra.

Rp. Rhizomatis Iridis Florent. 40,0
[2] Spiritus V. rectfss. 400,0.

Macera per diem unum, exprime et filtra. Colaturae adde

Olei Rosae *Gtt.* 12
Olei Ligni Rhodii *Gtt.* 6
Tincturae Moschi
Tincturae Vanillae $\widehat{aa}$ 4,0.

Post aliquod tempus denuo filtra.

Rp. Radicis Irid. Florent. 20,0
[3] Spiritus V. rectfss. 150,0.

Digere per 8 dies, tum filtra et adde

Olei Bergamott. 3,5
— Citri cort. 2,5
— Neroli
— Aurant. dulcis
— Petitgrain $\widehat{aa}$ 1,5
Essentiae Moschi 0,6
Aquae Rosae 15,0.

Misce, sepone, filtra.

Rp. Essentiae Jasmini
[4] — Cheiranthi $\widehat{aa}$ *P.* 10
— Styracis *P.* 1
Aquae Coloniensis *P.* 30.

Misce, sepone et filtra.

Ess-Bouquet.

Rp. Spiritus Violar. odorati
[5] — Jasmini
— Neroli $\widehat{aa}$ *P.* 20
Essentiae Styracis *P.* 2
— Ambrae *P.* 1.

M. Signetur:

ESS-BOUQUET
MADE ONLY BY
BAYLEY & BLEW
Cockspur Street, London.

Flowers of Erin.

Rp. Spiritus Rosae destill.
Essentiae Violae odoratae

Essentiae Jasmini aa P. 300
— Patchouli P. 10
— Vanillae P. 15.
M.

Guard's Bouquet.

Rp. Spiritus Rosae destill. P. 300
Essentiae Neroli
— Vanillae
— Irid. Flor. aa P. 100
— Moschi P. 25
Olei Caryophyll. P. 1/2.
M.

Bouquet de Fleurs de Mai.

Rp. Spiritus Rosae destill.
Essentiae Jasmini
— Neroli
— Acaciae
— Vanillae aa P. 200
Aquae Amygd. amar. P. 50.
M.

Bouquet de Manilla.

Rp. Olei Ylangylang (Ol. Unonae odoratissimae) 10,0
Olei Neroli 2,0
Spiritus V. rectfss. 1500,0
Aquae Rosae 250,0.
Misce, sepone, filtra.

Jockey-Club.

Rp. Spiritus Rosae destill.
— Irid. Flor. aa P. 300
Essentiae Acaciae
— Polyanthis aa P. 150
— Ambrae P. 100
Olei Bergamott. P. 5.
M.

Kew Garden Nosegay.

Rp. Essentiae Neroli
— Acaciae
— Jasmini
— Rosae aa P. 20
— Ambrae comp. P. 2.
M.

Royal Hunt-Bouquet.

Rp. Spiritus Rosae dest. P. 200
Essentiae Neroli
Essentiae Acaciae
— Iridis aa P. 100
Tincturae Tonco P. 50
Essentiae Moschi P. 10
Olei Citri cort. P. 2.
M.

Bouquet of Spring-Flowers.
Bouquet de l'Impératrice.

Rp. Spiritus Rosae dest. P. 300
Essentiae Iridis Flor. P. 200
— Acaciae P. 100
— Ambrae spl. P. 20
— Ambrae comp. P. 10
Olei Bergamottae P. 5.
M. Signetur:

PARFUMERIE de la NOBLESSE
Française et Etrangère.
BOUQUET
de l'Impératrice
Parfum exquis pour le mouchoir. Préparé par Ed. PINAUD, Parfumeur. Fournisseur de S. M. LA REINE D'ANGLETERRE. Rue St. Martin PARIS. Ed. Pinaud.

Essentia Florum orientalis.

Essence orientale de fleurs.
Orientalische Blumenessenz.

Rp. Essentiae Jasmini
— Resedae aa P. 3000
Olei Neroli P. 3
— Rosae P. 15
— Rutae P. 5
Aetheris acetici P. 10
Spiritus V. rectfss. P. 3000.
Misce, sepone, filtra.
Signetur:

BOUQUET EXQUIS.
PARFUM POUR LE MOUCHOIR.
Préparé pr. Ed. PINAUD, Parfumeur. Fourniss. de S. M. la Reine d'Angleterre. Rue St. Martin PARIS. Ed. Pinaud.

Bouquet de Délices.

Rp. Essentiae Rosae
— Violae
— Polyanthis tub.
— Iridis Florent.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0193-2 DFG

Essentiae Ambrae āā *P.* 80
Olei Bergamott. *P.* 3
— Citri cort. *P.* 2.
M. et filtra.

Bouquet des Fleurs du Val d'Andorra.

Rp. Essentiae Jasmini
— Rosae
— Violae odoratae
— Polyanthis
— Iridis Florent. āā *P.* 200
Olei Geranii rosei *P.* 1.
M.

Essentia Heliotropii.

Extract of Heliotrop. Heliotrop-Duftessenz.

Rp. Essentiae Vanillae 30,0
Spiritus Rosae
— Neroli āā 20,0
Essentiae Ambrae spl. 5,0
Spiritus Amygd. amar. 0,1
Tincturae Coccionellae q. s.
M. et filtra.

Essentia Hoveniae.

Rp. Olei Rosae *P.* 1
— Limoni *P.* 5
Aquae Rosae *P.* 75
Spiritus V. rectfss. *P.* 300
Olei Caryophyll. *P.* 1/2
— Neroli *P.* 1/10.
M. sepone, filtra.

Essentia Iridis Florentinae.

Rp. Radicis Irid. Florent. *P.* 2
Spiritus V. rectfss. *P.* 5
Aquae Rosae *P.* 1/2.
Macera, exprime, filtra.

Essentia Lavandulae.

Rp. Olei Lavandulae *P.* 1
Spiritus V. rectfss. *P.* 20
Aquae Rosae *P.* 10.
M. Destillent *P.* 25.

Essentia Magnoliae facticia.

Rp. Spiritus Aurant. flor *P.* 150
— Rosae *P.* 300
Spiritus Violarum *P.* 75
Essentiae Polyanth. tuberos. *P.* 100
Olei Citri *P.* 1/30
— Amygdal. amar. *P.* 1/10.
M.

Essentia Moschi.

Rp. Moschi *P.* 1
Spiritus V. rectf. *P.* 60.
Macera per aliquot dies, tum filtra.

Extraits de Musc.

Rp. Moschi *P.* 1
Ambrae *P.* 2
Spiritus Rosae *P.* 400.
Macera per aliquot dies et filtra.

Essentia Myrti communis.

Myrtenessenz.

Rp. Essentiae Vanillae
— Polyanthis tub.
Spiritus Neroli āā *P.* 60
— Rosae *P.* 120
Essentiae Jasmini *P.* 30.
Misce, sepone, tum filtra.

Essentia Narcissi poëtici.

Essence (Extrait) de Jonquille.

Paretur e floribus eodem modo quo Essentia Acaciae.

Essentia regia.

Essence royale. Maréchale. Bouquet du Roi.

Rp. Ambrae griseae *P.* 5
Moschi
Zibethae
Olei Cinnamomi
— Rosae
— Rhodii ligni
— Neroli āā *P.* 1
Kalii carbonici *P.* 2
Spiritus Vini rectfss. *P.* 500.
Digere et filtra.
Nonnulli odorarii admiscent
Essentiae Vetiveris *P.* 30.

Essentia Rondeletiae.

Essence of Rondeletia.

Rp. Olei Lavandulae *P.* 15
— Caryophyllorum *P.* 10

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0194-8
DFG

Olei Rosae
— Bergamottae aa P. 5
Spiritus Iridis Florent.
Essentiae Ambrae comp. aa P. 150
— Vanillae P. 50
Spiritus V. rectf. P. 620.
Misce, sepone, filtra.

Essentia saponata cosmetica.
Seifenessenz. Essence de savon.

Rp. Saponis natrici ex Oleo Provinciali parati, rasi P. 1
Spiritus V. rectfss. P. 5
Aquae Rosae
Aquae Fl. Naphae aa P. 1.
Mixtas oleis aethereis odora, tum sepone per aliquot dies et filtra.

Essentia Verbenae.
Extrait de Verveine.

Rp. Olei Aurant. cort.
— Limoni aa P. 10
— Citri P. 1
— Andropog. Nardi P. 3
Essentiae Neroli
— Polyanthis tub.
Spiritus Rosae aa P. 50
Spiritus V. rectf. P. 150.
M.

Essentia Vetiveris s. Kuskus.

Rp. Radicis Vetiveris P. 1
Spiritus V. rectf. P. 9.
Macera, exprime, filtra.

Extrait de Vétiver.

Rp. Olei Vetiveris P. 4
Spiritus V. rectf. P. 80.
M.

Essentia Violarum.
Extrait de Violette.

Rp. Essentiae Acaciae
— Rosae aa P. 150
— Irid. Flor. rad. P. 600
— Polyanthis tub. P. 100
Spiritus Amygdalar. P. 1/2.
M.

Extracta Odorariorum.
Extraits ou Essences ou Esprits des Parfumeurs.

„*Extraits*“ parentur uti Tincturae spirituosae, partes odoriferas continentes. Exempla sunt compositiones hae:

Essentia Ambrae composita.
Essence d'Ambre.

Rp. Ambrae P. 4
[1] Moschi P. 1
Seminum Abelmoschi P. 1
Aquae Coloniensis P. 500.
Digere et filtra.

Rp. Spiritus Rosae P. 4
[2] Essentiae Ambrae P. 8
— Ambrae comp. P. 12
— Vanillae P. 2.
Misce.

Extrait de Patchouli.
Essentia Patchouli.

Rp. Aquae Coloniensis P. 150
Olei Patchouli*)
Olei Neroli aa P. 1.
M.

Extrait de Roses.

Rp. Olei Rosae P. 8
Essentiae Ambrae comp. P. 2
Spiritus V. rectfss. P. 80—100.
M.

Extrait de Verbena.

Rp. Aquae Coloniensis P. 60—100
Olei Verbenae P. 1.**)
M.

---

*) Oleum aeth. Patchouli, Oleum Verbenae et Oleum Ligni Rhodii sunt odoris fragrantissimi, quam ob rem semper minimas quantitates eorum adhibeas, praecipue Olei Patchouli. Hoc proficiscitur a planta Asiae, quam Lindley Pogostemon Patchouly, Burnet autem Plectranthus crassifolius nominavit.

**) Oleum Verbenae proficiscitur ab Aloysia citriodora Hooker et Lippia citriodora. Oleo Verbenae saepe substituitur Oleum Andropogontis Nardi *(Grasöl)*.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0195-4

Extrait de Fleurs.

Rp. Olei Andropog. Schoenanthi
— Neroli aa P. 4
— Citri cort.
— Bergamott. aa P. 8
— Ligni Rhodii
— Patchouli
— Foeniculi aa P. 1
Aquae Coloniensis P. 500.
M. et filtra.

Extrait de senteur.

Rp. Corticis recentis Fruct. Citri
Corticis rec. Fruct. Aurant. aa P. 20
Ligni Santali albi
Florum Chamom. Roman.
Herbae Majoranae aa P. 5
Florum Rosae P. 50
Herbae Rorismarini
Radicis Irid. Flor.
Cassiae cinnamom.
Macidis aa P. 15
Caryophyllorum
Florum Lavandulae
Styracis liquidi aa P. 5
Benzoës P. 10
Spiritus Vini rectf. P. 1000.
Post macerationem calore balnei aquae destillent P. 800, quibus addatur
Essentiae Moschi P. 1.

Farina Amygdalarum.

Pâte d'Amandes en poudre parfumée.

Rp. Amygdalarum excorticatarum siccat. 100,0
Natri carbonici sicci
Boracis aa 20,0
Radicis Irid. Florent. 150,0.
Pulveratis admisce
Talci Veneti subtilissime pulv. 200,0
Mixturae odoriferae moschatae 20,0
Essentiae Ambrae 5,0.

Globuli saponacei.

Savonettes.

Parentur e massa Saponum cosmeticorum, addendo Amyli vel Talci Veneti subtilissime pulverati quantitatem majorem. Vulgo massae saponaceae plures, varie coloratae, massae albae (Saponi oleaceo Alicantino) non perfecte subiguntur, ita ut globulus, magnitudine pugni minoris, ope annuli metallici laevigatus, marmoratus appareat. Modulis metallicis etiam ad formandos globulos utuntur. Laevigatio autem semper annulo metallico efficitur. Interdum saponi formam ovatam aut multangularem dant.

Savonettes.

Rp. Massae Saponis cosmetici P. 100.
Admisce
Mixturae odoriferae P. 3
Acidi carbolici cryst. P. 2,
antea commixtas cum
Talci Veneti subt. pulv. P. 20.

Savonettes fines.

Rp. Massae Sapon. cosmet. rec. P. 33.
Calore balnei vaporis liquatis et semirefrigeratis subige
Talci Veneti praep. P. 6
Mixturae odoriferae P. 1.
Fiant globuli, magnitudine pugni, quos siccatos polias.

Savonettes à l'Ambre.

Rp. Massae Sapon. cosmet. 100,0
Ambrae 0,05
Moschi 0,01
Mixturae odoriferae 1,0.
M. l. a. Formentur globuli.

Savonettes à la Bergamotte.

Rp. Massae Sapon. cosmet. P. 100
Olei Bergamottae P. 3
— Citri cort. P. 1
Tincturae Moschi P. 1/12.
M. etc.

Pain de Savon à la Reine.

Rp. Massae Saponis cosmetic. 1200,0
Mixturae odoriferae moschatae 30,0
Olei Thymi 2,5

Olei Patchouli 0,25
— Foeniculi
— Neroli āā 0,3.
M. l. a. etc.

Savonettes à la Rose.

Rp. Massae Sapon. cosmet. *P.* 120
Mixturae odoriferae moschatae *P.* 3
Olei Ligni Rhodii *P.* 1/30.
M. l. a. etc.

Glycoblastole.

Rp. Pericarpiorum Fructuum Capsici *P.* 10
Glycerinae *P.* 100
Spiritus V. rectf. *P.* 25.
Digere per aliquot dies, tum exprimendo cola, residuum
Aquae Rosae *P.* 10
eluendo. Tum adde
Glycerinae *P.* 50
Mixturae odoriferae *P.* 2
et fortiter conquassa. Post aliquot dies filtra. Rubefaciens lene.

Lac antephelidicum.

Lait antéphelidique.

Rp. Hydrargyri bichlorati corrosivi
Ammonii chlorati āā 2,0
Aquae Rosae
Glycerinae āā 200,0
Aquae Coloniensis 170,0
Spiritus camphorati 25,0.
Misce, solve et cola. Colaturae admisce.
Talci Veneti subt. pulv. 5.

Lac cosmeticum.

Lait de beauté en combinaison avec glycerine. Schönheits-Milch.

Rp. Olei Amygdalarum dulcium
Glycerinae
Gummi Arabici āā *P.* 20
Aquae Fragorum q. s.
ut fiat l. a. emulsio, et colaturae sint *P.* 500. Tum adde
Glycerinae *P.* 50
Tincturae Benzoës *P.* 40
Essentiae Calydor. *P.* 10.
M. D.

Lac lanolinatum.

Lait lanolinique.

Rp. Lanolinae 10,0
Boracis 2,0
Glycerinae 15,0.
Conterendo mixtis inter terendum sensim immisce
Aquae flor. Naphae
Aquae Rosae āā 40,0,
tum admisce
Tincturae Benzoës 10,0.
Ante *usum* lac agitetur. Cutis illinatur, ut mollis flexibilisque fiat et maneat.

Liquor agglutinatorius crinalis.

Bandoline. Wasser zum Glätten und Befestigen der Scheitel.

Rp. Seminum Psyllii *P.* 120
Aquae destill. tepid. *P.* 600.
Macera per horae quadrantem, cola et admisce
Mucilaginis G. Arab. *P.* 200
Glycerinae *P.* 2000
antea commixtas cum
Essentiae Florum *P.* 30
Tincturae Ratanhae *P.* 50
(vel pigmenti anilinici q. s.).

Bandoline de Rose.

Rp. Tragacanthae *P.* 5
Glycerinae *P.* 10
Aquae Rosae *P.* 120
Spiritus diluti *P.* 15
Olei Rosae q. s.
Misce et digere. Colatura sit mucilago spissa.
Aequali modo paretur

Bandoline d'Amandes.

Conf. Aqua fixatoria (Med. capill.).

Margaritae rosatae pertusae.

Pastilles de Sérail. Rosenperlen.

Rp. Florum Rosae 200,0
Catechu
Ferri āā 10,0.
Subtilissime pulverata commisceantur cum
Aquae Rosae q. s.,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0197-6
DFG

ut fiat massa subtilissima mollis, quam per triduum seponas atque interdum agites. Tum adde

Radicis Irid. Florent. 20,0
Tragacanthae 10,0
Ferri oxydati 5,0
Benzoës 2,5
Moschi 0,25
Ambrae 1,0
Olei Rosae 0,5

antea exacte mixta. Aquam Rosae admiscendo fiat massa, ex qua margaritae piluliformes formentur. Hae per diem unum sepositae acus ope pertundantur et loco vix tepido lente siccentur. Denique perfecte siccae margaritae conspergantur

Olei Rosae 0,6
Spiritus V. rectfss. 3,0

antea mixtis.

Massa ad Pastillos odoriferos.

Masse des pastilles de Toilette odoriférantes.

Rp. Radicis Iridis Florentinae
Florum Rosae $\widehat{aa}$ 20,0
Herbae Patchouli 5,0
Cinnabaris 25,0
(vel Fuliginis e taeda 5,0 vel Ultramarini 20,0)
Tragacanthae 2,5
Olei Pelargonii rosei
— Bergamott. $\widehat{aa}$ 3,5
Balsami Peruviani 2,5
Olei Cassiae 0,6
Moschi 0,12
Asae foetidae 0,03
Gelatinae alb. solutae q. s.

M., fiat massa, ex qua formentur pastilli, nummi memoriales, figurae ad mensas ornatorias, etc.

Massa Saponum cosmeticorum.

Rp. Sebi taurini recentis *P.* 20
Olei Cocoïs *(Cocosöl) P.* 50.

In lebetem ferreum vel porcellaneum immissae et leni calore colliquatae seponantur, donec ad circiter 20° C. usque refrixerint. Tum inter agitationem exactam immisce

Natri caustici soluti, pond. spec. 1,365—1,370, *P.* 34
Kali caustici soluti, pond. spec. 1,33 *P.* $2^1/_2$,

quemque liquorem 20 ad 25° C. calefactum. Agitando fiat puls aequabilis, cui statim admisceatur

Pigmentum quodlibet

(uti Cinnabaris, Ultramarinum, Indigo, Umbra, Ochra usta, Ochra lutea mixta cum Smalto vel Ultramarino, Saccharum tostum, Cadmium sulfuratum), quodque lixivii caustici diluti paulo conterendo praeparatum. Tum admisce, si vis, Talci Veneti praeparati q. s.

Odalina.

Odaline. Schönheitswasser.

Rp. Aquae Rosae
Glycerinae $\widehat{aa}$ *P.* 50
Boracis *P.* 3
Spiritus Resedae
Spiritus Rubi Idaei $\widehat{aa}$ *P.* 2
Pigmenti fuchsinei q. s.

Solve et misce. Sit liquor rubicundus limpidus. Contra affectiones leviores cutis ad lotiones.

Oleum Acaciae.

Paretur e Floribus Acaciae Farnesianae, a calycibus liberatis, et ex Oleo Olivarum optimo aequali modo atque Pomata Acaciae.

Eodem modo parentur:

Oleum Jasmini odoratiss.
— **Resedae** odoratae
— **Rosae**
— **Violarum** odorat.

Oleum Celebensium.

Huile des Célèbes.

Rp. Olei Provincialis *P.* 1000
Cassiae cinnam. *P.* 25
Ligni Santali citrini *P.* 40
Essentiae Portugallicae *P.* 5.

Digere per diem unum. Dein sepone per aliquot dies et filtra. Cosmeticum crinale.

Oleum Nucum odoratum.

Huile de Noisette aromatique. Huile philocome.

Rp. Olei Jasmini

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0198-2
DFG

Olei Violarum
— Olivar. Prov. ãa *P.* 100
— Rosae *P.* 1.

M. et signa:

Trop souvent les diverses préparations destinées à la toilette renferment des substances nuisibles à la santé, quelquefois même dangereuses ou vénéneuses. Le but de la Société Hygiénique est de ne livrer à la consommation que des Articles possédants des propriétés réelles, bien constatées, et préalablement soumises à l'examen des médecins, des chimistes ou d'autres savants spéciaux. En conséquence, le public peut accorder pleine et entière confiance à tous les objets qui arrivent de cet établissement.

Société Hygiénique.
HUILE PHILOCOME.
Violette des Alpes.

Cette préparation rend les cheveux brillants et souples, les fait épaissir et les empêche de tomber. Prix: 1 fr. 50 c.
Entrepôt général à Paris.
COTTAN & C.

La Société Hygiénique, après avoir fait une étude approfondie des substances odorantes employées dans la parfumerie, a reconnu que plusieures exerçaient une action nuisible. Les unes dessèchent et durcissent l'épiderme, d'autres occasionnent des migraines ou surexcitent le système nerveux. En conséquence, elle n'a fait entrer dans ses compositions que des odeurs exemptes de tout inconvénient, et par ses procédés de purification et de combinaison elle en a rendu le parfum plus doux et plus salutaire.

Oleum Portugalense.

Essentia Portugalensis. *Essence de Portugal.*

Rp. Vanillae concisae *P.* 5
Olei Naphae *P.* 100
Spiritus Vini absoluti *P.* 1000.

Macera per aliquot dies et filtra.

Essence de Portugal (Oleum Portugalense) a Francis etiam Oleum aethereum corticis fructus Citri Aurantii sinensis *(Apfelsinenöl)* nominatur.

Oleum Violarum facticium.

Rp. Radicis Iridis Florentinae grosso modo pulv. q. s.

In vas deturbatorium immissum l. a. affundendo

Spiritus Vini absoluti q. s.

exhauriatur. Liquor, Spiritu Vini destillando maxima ex parte elicito, commisceatur cum

Olei Amygdalarum q. v.

Digere leni calore per horas duas, tum sepone per aliquot dies et filtra. Quantitates radicis Iridis et olei Amygdalarum sint aequales.

Pasta Amygdalarum cosmetica.

Rp. Amygdalarum amararum
Amygdalarum dulc. ãa *P.* 20.

In aqua tepida maceratae, tum decorticatae, expressione ab oleo pingui liberentur. Tum addendo paululum Aquae Coloniensis ad pultem subtilissimam contundantur, cui admisceatur

Mixturae odoriferae moschatae *P.* 1
Talci Veneti subt. pulv. q. s.,

ut fiat massa.

Amandine Faguer.
Sapo cosmeticus leniens.

Rp. Gummi Arab. pulv. *P.* 100
Mellis albi *P.* 300.

Mixtis adde conterendo

Saponis amygdalini mollis P. 150
Olei Amygdalar. *P.* 1000.

Dein adde

Vitelli ovi *P.* 50
Emulsionis e Seminibus Pistaciae *P.* 150,

antea bene mixtas. Postremo massam tenerrimam exacte commisce cum

Olei Amygdal. aeth. *P.* 1
Olei Portugalensis *P.* 1½.

Pasta glycerinata.

Glycerolatum leniens. *Crème de Glycérine. Coldcream dermatophile.*

Rp. Cetacei 6,5
Olei Amygdal. 25,0
Paraffinae purae 5,0
Aquae Rosae
Glycerinae ãa 10,0
Olei Rosae 0,12.

M. l. a. Cosmeticum dermatoleniens.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0199-0
DFG

Pasta saponacea Amygdalarum.

Crème d'Amandes.

Rp. Adipis suilli rec. *P.* 220
Liquoris Kali caustici (26% Kali continent.) *P.* 120.

Digere et misce exacte, tum adde
Olei Amygdalar. aeth. *P.* 2
Spiritus Vini rectif. *P.* 6

et agitare perge, donec massa aspectum margaritaceum acceperit.

Pastilli aromatiferi contra halitum foetentem.

Cachou de Boulogne.

Rp. Extracti Liquiritiae
Aquae destill. aa 200,0
Catechu subt. pulv. 6,0
Gummi Arabici 30,0.

Mixta leni calore ad consistentiam extracti evaporentur. Tum admisce
Mastiches
Corticis Cascarillae
Radicis Iridis Florentinae
Carbonis pulv. aa 4,0,

ut fiat massa aequabilis, cui admisceas
Olei Menthae pip. 4,0
Olei Citri cort. 0,5
Essentiae Ambrae
— Moschi aa 0,3.

Massa supra lapidem politum, oleo parum illitum, ope cylindri laevigatorei ad laminam tenuem extendatur et, oleo adhaerente chartae bibulae ope absterso, paulum humectetur, tum Argento foliato obducatur et in taleolas quadrangulares vel rhombeas dissecetur, quae loco tepido siccatae serventur.

Pigmenta ad Pomatas.

Anchusae rad. Carmina, Flores Carthami, Oleum Palmae citrinum *(Palmöl des Handels, Huile Sénéchal)*, Curcuma, Indigo, Ultramarinum, Fuligo, Pigmenta anilinica varia.

Pomata Acaciae.

Rp. Corporis Pomatarum simplicis q. s.

Calore balnei aquae liquato immisce
Florum capitatorum recentium Acaciae Farnesianae vel alicujus Acaciae odoriferae q. s.

Digere per aliquot horas. Dein exprime. Massa adiposa expressa iterum cum floribus novis Acaciae commisceatur et calore balnei aquae per plures horas digeratur. Denique exprime. Pomata liquando, sedimentando et colando depuretur.

Pomata in baculis.

Stangenpomade.

Rp. Sebi taurini *P.* 35
Lanolinae anhydrae *P.* 5
Cerae flavae *P.* 15
Tinct. Benzoës *P.* 3
Benzoës subt. pulv. *P.* 2
Essentiae Styracis *P.* 1.

Inter agitationem calefiant usque ad ebullitionem, tum cola. Colaturam, admistis
Mixturae odoriferae *P.* 3,

effunde in modulum bacillarium.

Pomata fusca.

Rp. Pomatae in baculis *P.* 100
Ochrae fuscae praep. *P.* 15.

Leni calore commixtae in modulum bacillarium infundantur.

Pomata nigra.

Rp. Pomatae in baculis *P.* 100
Nigri anilinici *P.* 3 vel q. s.

Conterendo in mortario porcellaneo calefacto misceantur, tum semirefrigeratae in modulum bacillarium infundantur.

Pomata subflava.

Blonde Stangenpomade.

Rp. Pomatae in baculis *P.* 100
Balsami Peruviani *P.* 3.
Ochrae flavae *P.* 5.

Misce, ut antea notatum est.

Pomata cosmetica.

Pommade pour blanchir la peau.

Rp. Corporis Pomat. dupl. *P.* 30
Pomatae Bergamott. *P.* 15
Magisterii Bismuthi *P.* 10
Talci Veneti praep. *P.* 5.

M. l. a.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0200-5 DFG

Nota: loco Magisterii Bismuthi Zincum oxydatum adhibere licet.

Pomata crystallisata.

Pommade glaciale. Crème crystallisée. Eispomade.

Rp. Olei Amygdalarum 80,0
Cetacei 10,0.
Leni calore liquando mixtis adde
Mixturae odoriferae 4,0.
Tum sepone, ut miscela refrigescat.
Signa:

POMMADE GLACIALE
Extrafine.
Pour la Conservation et la Crue des Cheveux.

Rp. Paraffinae purae 20,0
[1] Olei Ricini 120,0
Mixturae odoriferae 5,0.
Liquando mixta sepone, ut refrigescant.

Rp. Gelatinae Sinensis, quae Ge-
[2] lose nominatur, *P.* 10
Aquae destillatae *P.* 500.
Coque, donec gelatina soluta fuerit. Spuma faeculenta ad coctionis finem ablata, liquori admisce
Glycerinae *P.* 2000 ad 2500,
antea mixtas cum
Olei Bergamottae
Olei Naphae $\widehat{aa}$ *P.* 1
Spiritus Vini rectfss. *P.* 10.
Effunde in ollas, ut liquor congelet. Pomata sit ejus consistentiae, ut calore manus liquescat.

Pomata divina.

Pommade divine pour embellir la peau.

Rp. Pomatae odoratae *P.* 20
Benzoës pulveratae
Balsami Peruv. $\widehat{aa}$ *P.* 1.
Mixtas digere per diem unum et saepius agita. Dein sepone loco calido et decantha.

Pomata Ducis serenissimae.

Pommade à la Duchesse.

Rp. Corporis Pomatarum mitis *P.* 120
Olei Neroli
Olei Bergamottae
— Citri cort. $\widehat{aa}$ *P.* 3
Essentiae Ambrae *P.* 1
Tincturae Moschi *P.* 1/15.

Pomata fixatoria.

Wachspomade.

Rp. Corporis Pomat. dupl. 120,0
Mucilaginis G. Arab. 20,0
Cerae flavae 15,0.
Liquata et mixta agitentur, donec refrixerint. Tum adde
Vaselinae 10,0
Olei Bergamottae 5,0
Tincturae Moschi comp. 0,5.
Signetur:

Wachs-Pomade, Céréolé,
die Damenscheitel in jeder beliebigen Form entsprechend zu befestigen, wie überhaupt das Kopfhaar in jeder Lage ausserordentlich fest und glatt zu machen.

Pomata Florum variorum.

Pommade au Bouquet ou de Flore.

Rp. Corporis Pomat. simpl. P. 200
Corporis Pomat. dupl. *P.* 150
Olei Bergamottae *P.* 10
— Neroli *P.* 1
— Pelargonii rosei
— Cassiae
— Caryophyllor.
— Thymi
Balsami Peruv. $\widehat{aa}$ *P.* 1/2
Essentiae Ambrae spl. *P.* 1/5
— Moschi *P.* 1/10.
M. Signetur:

A LA CORBEILLE FLEURIE.
MEDULLINE
Pommade fortifiante extrafine aux Fleurs des Indes.
Préparée par ED. PINAUD, Parfumeur.
Les consommateurs doivent se méfier contre l'emploi des pommades mal composées qui détruisent les plus belles chevelures. La Medulline est des plus efficaces pour arrêter la chûte des cheveux, en provoquer la pousse et prévenir leur décoloration.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0201-1
DFG

Pomata gelatinata.

Gelatinpomade. Eispomade.

[1] Paretur aequali modo quo Pomata crystallisata e Gelatina Sinensi, nisi quod Glycerinum, quod adhibetur, sit antea digerendo cum Radice Ratanhae tinctum.

Rp. Olei Amygdalar. 200,0
[2] Cetacei 30,0.
Colliquatis immisce
Olei Bergamott. 2,0
— Citri 1,5
— Geranii 1,0.

Post agitationem massa semiliquida sepone, ut rigescat.

Pomata Heliotropii.

Paretur e floribus recentibus Heliotropii Peruviani vel grandiflori aequali modo atque Pomata Acaciae.

Pomata Hyacinthi.

Pommade à la Jacinthe.

Paretur eodem modo, quo Pomata Violarum e Floribus Hyacinthi orientalis.

Pomata Jasmini.

Pommade au Jasmin.

Paretur uti Pomata Violarum e
Corporis Pomat. simpl. *P.* 40
Styracis calamitae
Benzoës $\widehat{aa}$ *P.* 1
Florum Jasmini offic. (et Sambac) q. s.
Essentiae Ambrae spirit. et Moschi quantitatibus minimis.

Pomata leniens.

Cold-Cream.

Rp. Olei Amygdal. rec. 100,0
Paraffinae purae
Cetacei $\widehat{aa}$ 25,0
Lanolinae hydratae 50,0
Aquae Rosae
Glycerinae $\widehat{aa}$ 20,0
Saponis medicati pulv. 2,0
Olei Rosae 0,25
Tincturae Benzoës 5,0
Essentiae Ambrae 2,0.
Misce l. a.

Ph. Gall. Cetacei 6,0, Cerae albae 3,0, Ol. Amygd. 21,5, Aq. Rosae 6,0, Tinct. Benzoës 1,5, Ol. Rosae gutt. 1.

Pomata Medullae bubulae.

Rindsmarkpomade.

Rp. Corporis pomatarum simplicis 400,0
Cerae flavae 50,0
Medullae bubulae 300,0
Cetacei 70,0.
Calore modico colliquatis immisce
Olei Bergamottae 10,0
— Citri 5,0
— Geranii Ostindici
— Naphae $\widehat{aa}$ 2,5.
Agita, donec massa rigescat.

Pomata multimoda.

Pommade au pot-pourri.

Rp. Pomatae Bergamott. *P.* 200
Olei Foeniculi
— Lavandulae
— Thymi $\widehat{aa}$ *P.* 1.
Misce.

Pomata Neroli.

Paretur e floribus recentibus Aurantii aequali modo atque Pomata Acaciae.

Pomata nigra.

Pommade noire.

Rp. Pomatae Florum var. *P.* 60
Corporis Pomat. dupl. *P.* 30.
Mixtis adde
Fuliginis e taeda ust. *P.* 7
antea cum
Olei Provincialis q. s.
optime contritas et praeparatas.

Pomata contra Pediculos.

Pommade de propreté.

Rp. Florum Pyrethri rosei *P.* 10.
Conspergantur
Spiritus V. alcoholisati *P.* 2.
Tum adde
Olei Provincialis *P.* 50.

Digere inter agitationem, donec partes spirituosae fere consumptae fuerint. Dein exprimendo cola. Colaturae tepefactae admisce mixtionem liquatam e

Cerae flavae *P.* 10
Corporis Pomat. dupl. *P.* 20
paratam. Semirefrigeratis adde
Acidi carbolici cryst. *P.* 2
Olei Anisi *P.* 1/2
Mixturae odoriferae moschatae *P.* 1 1/2.

Pomata philocomalis.

Philocome.

Rp. Cerae flavae 5,0
Olei crinalis 20,0
Olei Jasmini 10,0.
Colliquando mixtis adde
Olei Rosae 0,075.
Effunde in ollas porcellaneas.
Signetur:

Trop souvent les diverses préparations destinées à la toilette renferment des substances nuisibles à la santé, quelquefois même dangereuses ou vénéneuses. Le but de la SOCIÉTÉ HYGIÉNIQUE est de ne livrer à la consommation que des Articles possédans des propriétés réelles bien constatées, et préalablement soumises à l'examen des médécins, des chimistes ou d'autres savants spéciaux. En conséquence le public peut accorder une pleine et entière confiance à tous les objets, qui sortent de cet établissement.

Cottan et C.

POMMADE PHILOCOME
DE LA
SOCIÉTÉ HYGIÉNIQUE.

Cette préparation est onctueuse et fondante, elle rend lex Cheveux brillants et souples, les fait épaissir et les empêche de tomber.

Les substances, dont elle se compose, sont de la plus grande pureté et par conséquence ne laissent sur la tête ni résidu ni pellicules.

La SOCIÉTÉ HYGIÉNIQUE après avoir fait une étude approfondie des substances odorantes employées dans la parfumerie, a reconnu que plusieures exerçaient une action nuisible. Les unes dessèchent et durcissent l'épiderme, d'autres occasionnent des migraines ou surexcitent le système nerveux. En conséquence elle n'a fait entrer dans ses compositions que des odeurs exemptes de tout inconvénient, et par ses procédés de purification et de combinaison, elle en a rendu le parfum plus doux et plus salutaire.

Pomata Polyanthis tuberosae.

Paretur e floribus recentibus Polyanthis tuberosae aequali modo atque Pomata Acaciae.

Pomata Reginae.

Pommade de la Reine ou à la Sultane.

Rp. Corporis Pomat. mitis *P.* 100
Pomatae Bergamott. *P.* 50
Olei Rosae *P.* 1.
M.

Pommade à la Sultane.

Rp. Corporis Pomat. simpl. *P.* 200
Aquae Rosae *P.* 10
Balsami de Mecca *P.* 4
Tincturae Benzoës
Mixturae odoriferae aa *P.* 1.
M.

Pomata Resedae.

Pommade au Réséda.

Paretur pari modo atque Pomata Violarum e
Corporis Pomat. simpl. *P.* 300
Pomatae rosatae *P.* 100
Florum Resedae odorat. q. s.
Essentiae Ambrae *P.* 1
Essentiae Moschi *P.* 1/20—1/10,
Olei Neroli *P.* 1/5.

Pomata Rosae Gallicae.

Paretur e petalis florum Rosae Gallicae recentium aequali modo atque Pomata Acaciae.

Pomata rosata.

Pommade à la Rose.

Rp. Carminae rubrae *P.* 1—2
Corporis Pomat. mit. *P.* 1000
Olei Rosae *P.* 5.
M. l. a. Carmina cum paulo Spiritus vini conteratur.

Pomata Syringae.

Pommade au Lilas.

Paretur pari modo atque Pomata Acaciae e
Florum Syringae vulg. q. s.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0203-3 DFG

Pomata ursina.

Adeps ursinus. *Bear's Grease. Pommade d'Ours. Pommade au Noyer pour la croissance et la conservation des cheveux.*

Rp. Pomatae rosatae
Pomatae Florum var.
Corporis Pomat. dupl. ãa *P.* 20
Tincturae Catechu *P.* 3.
M.

Rp. Medullae bovinae *P.* 30
Cetacei
Olei Cacao ãa *P.* 2
Mixturae odorif. mosch. *P.* 1.
M. liquando.

Pomata de Uvis.

Pommade pour les gerçures, les crevasses des mains, du sein et propre à adoucir la peau. Pommade pour le teint.

Rp. Pomatae lenientis q. v.
Detur in ollis vitreis, munitis epistomiis vitreis.

Rp. Olei Amygdalarum *P.* 20
Cerae virgineae *P.* 10.
Liquatis admisce
Pomatae rosatae *P.* 35
Aquae Rosae *P.* 5
Olei Rosae *P.* 1/20.

Pomata Vanillae.

Pommade à la Vanille.

Rp. Corporis Pomat. simpl. *P.* 40
Styracis Calamitae *P.* 2
Benzoës grosse pulv. *P.* 2
Balsami Peruviani *P.* 1/2.
Digere in balneo vaporis et exprimendo cola. Tum admisce
Olei Bergamottae *P.* 1/2
Tincturae Moschi *P.* 1/30.

Pomata Violarum.

Pommade à la Violette (par enfleurage).

Rp. Adipis balsamici *P.* 150
Sebi taurini rec. *P.* 50
Styracis Calamitae
Benzoës gr. pulv. ãa *P.* 5.
Digere calore balnei vaporis, subinde agitando, per biduum. Colaturae admisce
Pomatae Jasmini *P.* 60
Cerae flavae *P.* 12
antea in vase clauso colliquatas. Dein massam effunde in discum porcellaneum et ad stratum tenue extende. Refrigeratam ope stili sulca et
Floribus Violarum recent.
consterne. Obtege charta cerata, quam paulum supprimas, et sepone. Iterum iterumque massa sulcetur et denuo Floribus Violarum recentibus consternatur, donec odore satis imbuta sit. Dein massae lenissimo calore liquatae et colatae admisce inter agitationem
Essentiae Ambrae
Spiritus Aurant. flor. ãa *P.* 2.
Serva in vasis porcellaneis.

Pulvis comatorius

s. capillaris.

Poudre cosmétique. Puder.

Rp. Amyli optimi pulv. 20,0
Talci Veneti subt. pulv. 10,0
Ultramarini 0,15
Olei Rosae
— Neroli
Tincturae Moschi ãa *Gutt.* 1.
M. exacte.

Poudre à la Maréchal.

Rp. Moschi 0,1
Radicis Iridis Florent. 50,0
Talci Veneti subt. pulv. 30,0
Amyli pulv. 150,0
Olei de Cedro
— Bergamottae
— Caryophyllorum
Essentiae Ambrae ãa 1,0.
M. f. pulvis.

Pulvis cosmeticus

lavatorius.

Waschpulver. (Poudre de Fèves.)

Rp. Saponis Hispanici pulv. 50,0
Natri carbonici sicc. 5,0
Amyli 20,0
Radicis Iridis Florent. 10,0
Mixturae odoriferae moschatae 2,0.
M. f. pulvis.

Pulvis heliotropicus.

Sachet à l'héliotrope.

Rp. Rhiz. Iridis Florent. 200,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0204-9

Flor. Rosae 150,0
Fabarum Tonca 100,0.
In pulverem grossum transactis admisce
Vanillae concisae 30,0
Moschi 0,5
Rhiz. Iridis Flor. pulv. 20,0
antea exacte conterendo mixta. Tum adde
Olei Amygd. amarar. aeth. 0,25
solutum in
Spiritus Vini 10,0.
Haec mixtio pulverea Heliotropii aroma compensat. In sacculis inclusa ementi redditur. Serva in vitris dense obturatis, loco a luce remoto.

Pulvis Lavandulae compositus.
Sachet de Lavande.

Rp. Florum Lavandulae 75,0.
Recenter in pulverem grossum redactis admisce
Benzoës grosso modo pulv. 20,0
Olei Bergamottae 1,0
Oleï Lavandulae 2,0
antea commixta cum
Flor. Lavand. grosse pulv. 5,0.
Serva in vasibus vitreis, a luce remotis. *Us.*: In sacculis inclusus inter vestes et texta imponitur.

Pulvis odoratus
ad seponendum inter lintea aut ad explendos pulvinulos odoratos.
Parfum de Portugal.

Rp. Corticis Aurantii 40,0
Seminis Coriandri 10,0
Caryophyllorum aromat. 5,0
Styracis Calamitae 10,0
Benzoës 5,0
Ambrae 0,5.
Mixta et grosse pulverata commisce cum
Moschi 0,05
Olei Cassiae *Gutt.* 25
— Patchouli *Gutt.* 5
— Pelargonii rosei 2,0.

Sachet à la Maréchale.

Rp. Ligni Santali albi 300,0
Rhiz. Iridis Flor. 250,0
Flor. Rosae 200,0
Caryophyllorum 150,0.
In pulverem grossum redactis adde
Moschi 0,5
conterendo cum
Cort. Cass. cinnamom. 150,0
exacte mixtum. Serva in vitris obturatis a luce remotis. In sacculis inclusus ementi datur.

Pulvis olfactorius.
Sachets aux Millefleurs.

Rp. Florum Lavandulae
Radicis Iridis Florent.
Florum Rosae
Benzoës
Fabarum Tonco $\widehat{aa}$ 15,0
Vanillae 3,0
Ligni Santali 5,0
Moschi 0,1
Caryophyllorum 10,0
Seminis Amomi
Cassiae cinnam. $\widehat{aa}$ 5,0.
M. f. pulv. grossus.

Pulvis ad Pulvinulos olfactorios
rosatos.
Sachets à la Rose.

Rp. Florum Rosae grosse pulv. 250,0
Olei Pelargonii rosei
— Rosae $\widehat{aa}$ 1,0
Essentiae Ambrae *Gutt.* 10
Essentia Moschi *Gutt.* 5.
M.

Pulvis saponatus
cosmeticus.
Poudre de Savon.

Rp. Saponis sebacini 50,0
Amyli pulverati 25,0
Mixturae odoriferae 2,5.
M., fiat pulvis.

Pulvis stomaticus.
Anadoli oriental (de Kreller)

Rp. Saponis pulverati 50,0
Amyli triticei 40,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0205-5
DFG

Radicis Irid. Florent. pulv. 20,0
Mixturae odoriferae q. s.
Misce.

Purpurissum.

Fard rouge. Rothe Schminke.

Rp. Carminae rubrae 1,0
Talci Veneti subt. pulv. 20,0.
Misce bene conterendo.

Purpurissum liquidum.

Eau cosmétique. Rothes Schminkwasser.

Rp. Carminae rubrae 1,0
Liquoris Ammoni caust. 8,0.
Mixta in vase clauso stent per aliquot horas, tum adde
Aquae Rosae 120,0
Spiritus Rosae 10,0.
Sepone et decantha.

Sapo albus depuratus.

Corpus saponum cosmeticorum. *Grundlage für Schönheitsseifen.*

Rp. Saponis sebacini et cocoïnici *P.* 60.
In frustula dissectae agitando calore balnei vaporis solvantur in
Aquae Rosae
— Flor. Naphae $\widehat{aa}$ *P.* 40.
Tum adde
Salis culinaris *P.* 5.
Solutione assidue agitando peracta, primum per diem unum loco calido, dein loco frigido per duos vel tres dies sepone, ut sapo ad liquidi superficiem secernatur. Sapo in taleolas scindatur et ad usum servetur.

Plerumque Corpus saponum rec. mixtione simplici e Sebo taurino, Oleo Cocois et Natro caustico soluto concentrato leni calore efficitur. Sit paulum alkalinum.

Sapo amygdalinus mollis.

Crême d'amandes. Weiche Mandelseife.

Rp. Adipis suilli *P.* 2
Liquoris Kali caustici (p. spec. 1,333) *P.* 1.
Calore balnei vaporis inter perpetuam agitationem in vase porcellaneo ita commisceantur, ut Liquoris Kali caustici quantitatem dimidiam primum affundas. Saponificatione instituta, alteram quantitatem lixivii admisceas. Mixtum eodem calore per horas tres quatuorve subinde agitando seponatur, deinde in mortario marmoreo aut porcellaneo ope pistilli lignei tamdiu contundatur et malaxetur, donec nitorem margaritaceum pulchrum induerit. Postremo
Oleo Amygdalar. aethereo
odora.

Sapo arenosus.

Sand soap.

Rp. Corporis Saponum cosmet. *P.* 1
Arenae subtilioris *P.* 2—3.
M. f. globuli.

Sapo Herbarum

Dr. Borchardi. *Kräuterseife.*

Rp. Corporis Saponum recent. 250,0
Natri carbonici sicc. 2,0
Solutionis Indigo Partem minimam
Amyli 60,0
Olei Bergamottae 5,0
— Cassiae cinn. 3,0
— Menthae piperitae
— Lavandulae $\widehat{aa}$ 2,0.
M.

Sapo mellitus.

Savon emmiellé. Honigseife.

Rp. Corporis Saponum recentis 100,0
Amyli pulv. 20,0
Sacchari tosti, in aquae minima quantitate soluti q. s.
Calore balnei vaporis inter agitationem misceantur, ut fiat massa, ex qua admixtis
Mixturae odoriferae 3,0
formentur frustula parallelipipedica. Sit coloris saturate brunei.

Sapo odorifer.

Savon au bouquet.

Rp. Corporis Saponum recentis 1000,0.
Calore balnei vaporis emollitis adde
Olei Bergamottae 10,0
— Citri cort. 5,0

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0206-1

Olei Cassiae cinnam.
— Thymi āā 1,0
Ochrae luteae ust. 10,0
Talci Veneti 15,0
Amyli pulv. q. s.,
ut fiat massa.

Sapo pumiceus.

Sapo cum Pumice. *Bimsteinseife.*

Rp. Saponis depur. 400,0
Lapidis Pumicis pulv. 100,0
Aquae destill. 50,0.

Calore balnei vaporis misceantur. Tum adde
Mixturae odoriferae 5,0
Talci Veneti praep. q. s.,
ut fiat massa, ex qua globuli formentur.

Sapo rosatus.

Savon à la Rose.

Rp. Saponis albi dep. 1000,0
Aquae Rosae 50,0.

In balneo vaporis liquatis admisce inter agitationem miscelam paratam e
Cinnabaris 10,0
Mixturae odoriferae
Olei Pelargon. rosei āā 8,0
Talci Veneti praep. q. s.,
ut fiat massa.

Sapo spumosus.

Schaumseife.

Rp. Saponis albi depur. recentis, adhuc fluidi q. v.

Ita conquassetur fistucae ope spumatoriae perforatae, ut sapo duplum volumen et amplius attingat. Tum massa, additis Oleorum odoratorum quantitatibus parvis, in modulos ingeratur et primum loco frigido, dein loco tepido exsiccetur.

Saponimentum Aliberti.

Cosmétique d'Alibert.

Rp. Saponis Hispanici pulv. 10,0
Olei Cacao 60,0
Aquae Lauro-Cerasi 100,0
Aquae Rosae 530,0.

Misce l. a. leni calore, ut fiat emulsum.

Spiritus Abelmoschi.

Rp. Seminis Abelmoschi (Hibisci Abelmoschi) *P.* 10.

Conspersa Spiritu Vini contundantur. Tum affunde
Spiritus Vini rectf. *P.* 600.

Macera per noctem unam, tum destillent *P.* 500.

Spiritus Achilleae moschatae.

Esprit d'Iva. Genipi.

Rp. Achilleae moschatae herbae florescentis rec. *P.* 25.

Contusas et in vas destillatorium immissas superfunde
Spiritus Vini rectfss. *P.* 100.

Post macerationem calore balnei aquae destillent *P.* 100. Sit spiritus odoris moschati.

Spiritus Amygdalarum amararum.

Rp. Olei Amygdalar. aeth. *P.* 1
Spiritus Vini rectf. *P.* 19.
M.

Spiritus Aurantii florum.

Spiritus Neroli.

Rp. Florum Aurantii rec. *P.* 10
Olei Naphae *P.* 1
Spiritus V. rectf. *P.* 30.

Destillent e balneo aquae *P.* 25—28.

Eodem modo parentur:

Spiritus Bergamottae cort.
— Citri cort. rec.
— Jasmini flor. rec.
— Resedae flor. rec.
— Rosarum flor. rec.
— Violarum flor. rec.

Spiritus dentifricius elegans.

Aqua dentifricia elegans. *Eau dentifrice de Prodhomme.*

Rp. Radicis Angelicae
Fructus Anisi vulg.
Fructus Anisi stell. āā *P.* 30
Nucum moschat. *P.* 10
Cassiae cinnam. *P.* 15
Caryophyllorum *P.* 10.

Contusis concisisque affunde
Olei Menthae pip. *P.* 10
Olei Aurant. cort.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0207-6 DFG

Balsami de Peru $\widehat{aa}$ *P.* 5
Spiritus V. rectf. *P.* 2000.
Ex balneo aquae destillent *P.* 1600, quibus superfundantur
Corticis Chinae rubrae cont. *P.* 25
Radicis Ratanhae conc. *P.* 50
Balsami Tolutani *P.* 10
Coccionellarum pulv. *P.* 5
Acidi tartarici *P.* 15
Essentiae Vanillae *P.* 10.
Macera per hebdomadem, tum filtra.

Spiritus Odorariorum.

Alcoholats ou Esprits des Parfumeurs.

„*Esprits*" sunt solutiones coloris expertes aromatum Florum odoriferorum in Spiritu Vini alcoholisato vel rectifss. purissimo, ita tamen, ut odor unius floris praecipue praevaleat. Uti

Esprit de Rose. Spiritus Rosae.

Rp. Florum Rosae recent. 1000,0
Moschi pulv. 0,01
Olei Pelargonii rosei 10,0
Spiritus V. alcohol. 1000,0.
In vesicam destillatoriam ingestae per biduum macerentur, dein calore balnei vaporis destillent, donec 1000,0 elicitae sint, quibus admisceantur
Olei Rosae optimi 5,0.

Nota. Ad residuum in vesica Spiritum Vini affundendo destillandoque elicias Spiritum odoratum, ad parationem Aquae Coloniensis adhibendum.

Esprit de Violette. Spiritus Violarum.

Rp. Radicis Irid. Florent. 50,0
Benzoës pulv. 10,0
Florum Violarum rec. 100,0
Spiritus V. rectfss. 350,0.
Macera per biduum, dein ex balneo vaporis destillando elice 350,0. Cf. notam sub *Esprit de Rose.*

Esprit de Patchouli. Spiritus Patchouli.

Rp. Mixturae odoriferae mosch.
Olei Patchouli $\widehat{aa}$ *P.* 1
Aquae Coloniensis *P.* 300.
Mixtae destillent ex balneo vaporis.

Spiritus saponatus odoratus.

Eau d'Atirona.

Rp. Saponis Hispanici
Spiritus Amygdalarum
— Violarum
— Resedae $\widehat{aa}$ 20,0
Aquae Coloniensis 100,0
Boracis pulv. 1,5
Aquae Naphae 20,0.
Digere, sepone, filtra.
Signa: *Eau d'Atirona oder feinste flüssige Toilettenseife gegen Sommersprossen, Leberflecken und andere Hautunreinigkeiten.*

Tinctura Moschi

composita Odorariorum.

Essentia Moschi composita.

Rp. Moschi 1,0
Ambrae 0,5
Vanillae 0,1
Sacchari lactis 1,0.
Optime contritis affunde
Spiritus V. rectf. 50,0.
Macera et filtra.
Loco Spiritus Vini sumere licet
Spiritum Abelmoschi.

Essence royale.

Essence pour le mouchoir.

Rp. Ambrae 3,0
Moschi 1,0
Olei Rosae 1,0
— Cass. cinnam. 2,0
— Ligni Rhodii 5,0
— Naphae 6,0
Kali carbonici 10,0
Spiritus Vini rectfss. 1500,0.
Macera, interdum agitando, per 15 dies, tum filtra.

Tinctura Moschi

Odorariorum.

Essentia Moschi. *Essence de Musc.*

Rp. Moschi
Sacchari lactis $\widehat{aa}$ *P.* 10.
Optime contritis affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 300

Aquae destill. *P.* 200
Liquoris Ammonii caust. *P.* 5.
Macera per octo dies et filtra.

Tinctura volatilis odorifera.

Essence volatile. Volatile essence for smelling-bottles. Odoriferum, quod ab Anglis in lagenulis ad usum servatur.

Rp. Olei Citri corticis
— Bergamottae aa 25,0
— Caryophyllor. 10,0
— Lavandulae 5,0
— Naphae 2,0
— Cassiae cinnamomeae
— Rosae aa 4,0
Tincturae Moschi 0,5
Aquae Coloniensis
Spiritus Ammonii caustici Dzondii aa 500,0
Liquoris Ammonii caust. duplicis (20%) 100,0.
Misce.

Tinctura Zibethi.

Essence de Civette.

Paretur uti Tinctura Moschi composita e
Zibethi 10,0
Ambrae 5,0
Vanillae 1,0
Sacchari lactis 10,0
Spiritus V. rectf. 400,0.

Unguentum cosmeticum.

Cold-cream dermatophile.

Rp. Olei Amygdalar. 200,0
Cetacei albi 60,0
Cerae albae 30,0
Lanolinae hydratae 100,0.
Leni calore colliquatis inter agitationem fortem admisce
Aquae Rosae 50,0
Tinct. Benzoës 20,0
Olei Rosae 0,25—0.3.

Cold-cream éternel (Réveil).

Rp. Olei Amygdalar. 150,0
Cetacei albi 20,0
Paraffinae
Cerae albae aa 15,0
Aquae Rosae 50,0
Tinct. Benzoës 2,0
Olei Rosae 0,2.
Misce leni calore etc.

Unguina bacillata.

Cosmétique blanc en bâtons. Pomadenstäbchen.

Rp. Vaselinae 100,0
Paraffinae 25,0
Cerae albae 50,0
Lanolinae hydratae 30,0.
Leni calore colliquatis et agitatis adde
Olei Bergamott. 5,0
— Cassiae
— Thymi aa 1,0.
Massam in bacilla 1 cm crassa transforma. Massa haec pigmentis variis mixta ad ceraturam et tincturam barbae, mystacis, crinis cani adhibetur.

Cosmétique brun.

Braunbartwichse.

Massae illi terra Umbra turtica praeparata admiscetur.

Cosmétique noir.

Schwarzbartwichse.

Massae illi Fuligo e taeda usta cum paullo unguinis contrita admiscetur.

Vinaigre de toilette de Bully.

Rp. Aquae Coloniensis *P.* 100
Tincturae Benzoës *P.* 1
Acidi acetici concentrati *P.* 20.
Misce, sepone et filtra. Antiputridum.

Vinaigre de toilette de Mallard.

Rp. Aceti concentrati (pd. sp. 1,04) *P.* 600
Spiritus V. rectfss. *P.* 2000
Tincturae Bals. Tolutani
Tincturae Benzoës aa *P.* 40
Olei Portugalensis
Olei Bergamottae
Olei Citri aa *P.* 10
Olei Neroli *P.* 2
Olei Cort. Aurantii *P.* 4

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0209-0

Olei Lavandulae
Olei Rorismarini
Tincturae Moschi $\widehat{aa}$ *P.* 1

Radicis Ratanhae *P.* 5.
In lagenam immissae seponantur per mensem unum, tum filtrentur.

Finis partis de cosmeticis Parisiensibus.

Cotoïna.

Cotoïnum. ($C_{22}H_{18}O_6$.)

Rp. Corticis Coto veri q. v.
In pulverem grossum transactus modo deturbatorio
Aetheris q. s.
extrahatur. Colatura, aethere maxima ex parte destillando elicito, evaporando in massam spissitudinis syrupi redigatur, tum adhuc calida cum
Aetheris Petrolei tepidi (35°C.) q. s.
misceatur et conquassetur, deinde loco tepido per horam unam seponatur. Liquor aethereus a sedimento oleo-resinoso defundatur. Hic liquor aeri expositus sensim crystallula flavida dimittit, quae post aliquot dies collecta solvendo in aethere aethylico vel Chloroformio et seponendo in vase aperto, ut exhalatio spontanea procedat, depurentur. Crystallula prismatica flavida, solubilia in Aethere, Chloroformio, Alcohole sulfuris, difficile in aethere Petrolei. Antidiarrhoïcum. *Dosis:* 0,01—0,2—0,05 ter quaterve per diem.

Cremor Amygdalarum.

Crême aux amandes.

Paretur modo quo Cremor simplex e
Vitello ovorum duorum
Sacchari pulv. 5,0
Emulsionis Amygdalar. 15,0.

Cremor Bismuthi.

Cream of Bismuth.

Rp. Bismuthi oxydati hydrati, recenter praecipitati, adhuc humidi
Glycerinae ana 10,0
Cremoris simplicis 30,0.
Conterendo misce.

Cremor simplex.

Crême simple.

Rp. Vitellum ovorum duorum
Sacchari pulverati 10,0.
Conterendo mixtis adde
Lactis vaccini 20,0
antea ad 50—60° C. usque calefacta, et agita. Tum mixturam sepone in balneum aquae, donec in massam pultiformem conversa fuerit. Alimentum.

Creta praeparata.

Prepared Chalk.

Creta (Calcium carbonicum nativum) in pulverem subtilissimum redacta, tum aqua destillata eluta et siccata. *(Ph. Brit.)*

Cubebae tostae.

Fructus Cubebae tosti.

Fructus Cubebae in cylindro ferreo cavo circa axem movendo igni exponantur, donec fricari possint. Refrigerati in pulverem redigantur.

Cubebina.

$C_{10}H_{10}O_3$—$C^{20}H^{10}O^6$=178.

Rp. Cubebarum grosso modo pulv. *P.* 100
Aetheris *P.* 300.
Cubebae Aethere modo deturbatorio extrahantur. Colatura evaporando ad *P.* 200 remanentes redacta per menses duos, vase clauso, seponatur, ut massam crystallinam demittat. Massa crystallina in infundibulo supra floccum gossypii collecta Aethere frigido abluatur, tum
Spiritus V. rectfss.
quantitate sufficiente, calore adhibito, soluta cum
Carbonis animalis depurati
copia sufficiente digeratur. Postremo liquorem calidum filtra et sepone, ut in crystalla concrescat, quae collecta in vase clauso serventur. Eff. *P.* 2—2,5. Effectu medicinali fere carens.

Cuprum aceticum.

Aerugo crystallisata. Acetas cupricus.

$Cu(C_2H_3O_2)_2+H_2O$=199,4—
$CuO,C^4H^3O^3+HO$=99,7.

Rp. Aceti concentrati *P.* 5
Aquae destillatae *P.* 20.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0210-1 DFG

Mixtis calefactisque adjice inter agitandum

Aeruginis pulv. *P.* 4 vel

quantum solvitur, tum leni calore mixturam usque ad ebullitionem calefac et adhuc fervidam filtra. Liquorem limpidum evaporando seponendoque in crystalla coge. (Externum.)

Cuprum aluminatum.

Lapis divinus. *Pierre divine de St. Yves. Augenstein. Wundstein.*

Rp. Cupri sulfurici puri
Kali nitrici dep.
Aluminis aa *P.* 20.

Pulveratae misceantur et leni igne in patina porcellanea liquefiant. Ab igne remotis cito admisce

Camphorae tritae *P.* 1

antea commixtam cum

Aluminis pulverati *P.* 1.

Effunde in orbem porcellaneum et massam refrigeratam in frustula diffringe.

Sit massa ex albo caerulescens, odoris camphoracei, in aquae partibus sedecim residuo minimo solubilis. Adstringens, irritans.

Usus: Ad collyrium: 0,2—0,5: 100,0 aq. Solutum filtrandum. Ad inject. antiblennorrhoïcam: 0,5—1,0: 100,0 aq. Solut. filtrand.

Cuprum arsenicosum.

$CuHAsO_3$ — CuO,AsO^3,CuO,HO = 187,4.

Scheel'sches Grün. (Medicament.)

Rp. Arsenici albi subtillissime pulv. *P.* 1
Kali caustici sicci *P.* 2.

In mortario porcellaneo bene contritae in cucurbitam vitream ingerantur, tum addantur

Aquae destill. *P.* 10.

Calore balnei aquae digere per horas duodecim, saepius agitando, dein per horam unam coque, aquam avolantem restituendo, et sepone. Liquori Aquae volumine triplo diluto, dein filtrato instilla solutionem filtratam, solvendo paratam e

Cupri sulfurici cryst. *P.* 2
et Aquae destill. *P.* 20,

quamdiu inde praecipitatum exoritur. Sepone per aliquot horas loco calido, postremo praecipitatum aqua ablue et inter strages chartae bibulae calore gradus 40 therm. Cels. non superante sicca.

Cuprum carbonicum (basicum).

Sub-Carbonas cupricus. Cuprum hydrico-carbonicum.

$CuCO_3 \cdot Cu(OH)_2$ = 220,8 — $2CuO,CO^2 + HO$ = 110,4.

Rp. Cupri sulfurici cryst. *P.* 10.

Solve in

Aquae destill. fervid. *P.* 100.

Solutioni colatae, adhuc fervidae, inter agitationem admisce

Natri carbonici cryst. *P.* 12

antea in

Aquae destill. *P.* 60

solutas. Praecipitatum inde ortum sedimentando eluendoque separetur et leni calore siccetur. Effic. *P.* 5. Sit pulvis e viridi caeruleus, levis, in Liquore Ammonii caustico solubilis.

Dos.: 0,2—0,3—0,5 quater sexiesve per diem (neuralgia, antidotum phosphori). Externe in unguine 1:7—8 adip., in emplastro 2—3:10 empl.

Cuprum chloratum ammoniacale cum Hydrargyro solutum concentratum.

Rp. Liquoris antimiasmatici Köchlini *P.* 16
Hydrargyri bichlorat. corr. *P.* 1.

Solve et filtra. *Ph. Austr. vet.*

Idem liquor dilutus.

Liquorem concentratum dilue Aquae destillatae 80plo. *Ph. Austr. vet.*

Cuprum chloridatum.

Chloridum cupricum. Cuprum bichloratum seu muriaticum oxydatum.

$CuCl_2 + 2H_2O$ = 170,4 — $CuCl + 2HO$ = 85,2.

Rp. Cupri carbonici *P.* 6.

In cucurbitam ingestas solve leni calore in

Acidi hydrochlorici puri *P.* 16

vel quantitate sufficiente, diluta

Aquae destill. volumine dimidio.

Liquor filtratus in vase porcellaneo inter agitationem (ope spathulae vitreae) inspissetur, donec portiuncula exemta

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0211-7 DFG

refrigerata appareat sicca. Massam refrigeratam tum contere et statim in lagenulis siccis bene obturatis serva. Sit pulvis viridis, in aëre humescens.

Dos.: 0,005—0,01—0,015 ter quaterve per diem (scrophulosis, rhachitis, syphilis, dyscrasia). In ligamentis: 1:500 aq.

Cuprum chromicum ammoniatum solutum.

Chromsaures Kupfer.

(Farbesubstanz).

Rp. Kali bichromici *P.* 10.
Solve
Aquae destill. *P.* 200,
tum adde paulatim liquori fervido
Cupri sulfurici pulv. *P.* 20,
aquam evaporando deminutam restituendo. Dein sensim sensimque liquori fere fervido affunde
Natri carbonici cryst. *P.* 9,
solutas
Aquae destill. fervidae *P.* 18.

Tum sepone, ut liquor sedimentet. Praecipitatum exortum primum aqua calida, dein aqua frigida abluatur et loco calido tamdiu exsiccetur, donec massam adhuc paullum humidam exhibeat, quam in lagenam immissam sensim superfunde
Liquoris Ammonii caustici duplicis
ea quantitate, ut copia massae minima non soluta remaneat. Liquor aqua diluatur, ut sit ponderis specifici 1,180 ad 1,200. Sit liquor saturate viridis.

Cuprum jodatum.

Joduretum cuprosum.

Cu_2J_2=380,8—Cu^2J=190,4.

Rp. Cupri sulfurici puri *P.* 12
Ferri sulfurici cryst. *P.* 15.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 500.
Liquori filtrato inter agitationem admisce
Kalii jodati *P.* 8
antea solutas in
Aquae destillatae *P.* 120.

Praecipitatum inde exortum aqua eluatur et calore balnei aquae siccetur. Sit pulvis albidus. In unguine vel emplastro 1:5—10 adip. v. empl.

Cuprum nitricum.

Nitras cupricus.

$Cu(NO_3)_2 \cdot 3H_2O$=241,4—
CuO,NO^5+3HO=120,7.

Rp. Acidi nitrici puri *P.* 8.
In lagenam amplam immissis paulatim adde
Ramenti Cupri *P.* 1
vel quantum solvitur. Haec operatio loco ventilato efficiatur. Solutionem per aliquot horas sepositam a sedimento in catinum porcellaneum decantha et in illo leni calore (100° Cels. therm. non excedente) fere ad siccum evapora. Tum massam agitatam loco tepido sepone et satis siccam statim in vasis optime obturatis serva. Sit pulvis caeruleus. *P.* 1 Cupri circiter *P.* 3 Cupri nitrici praebet.

Dosis: 0,005—0,0075 ter quaterve per diem. Ad ligamenta vel humectationem ulcerum venereorum 0,5—1,0:100,0 aq.

Cuprum oxydatum nigrum (Rademacheri).

Oxydum cupricum.

CuO=79,4—CuO=39,7.

Rp. Cupri nitrici sicci q. v.
Portiones parvas hujusce salis in crucibulum Hassiacum candescens tali modo injice, ut nova portio non prius addatur, quam effervescentia orta remiserit. Massam per horam dimidiam amplius excandefactam, denique adhuc calidam in lagenulas bene obturatas ingere et in iis serva. Sit pulvis niger gravis. Effic. *P.* 2 e Cupri nitrici *P.* 5.

Rp. Cupri sulfurici cryst. *P.* 1.
Solve in
Aquae destillatae *P.* 15.
Liquori filtrato inter agitationem instilla tamdiu
Kali vel Natri causticum solut., recens paratum,
quamdiu inde praecipitatum producitur vel donec alkali superabundet. Liquorem in patinam porcellaneam immissum usque ad ebullitionem calefac, tum sedimentum in filtro collige, aqua ablue et loco calido sicca. Sedimentum contritum in crucibulum Hassiacum immittatur et igne modico uratur, ut ab aqua plane liberetur. Sit pulvis tener, niger.

Vis: vermifugum, taenias et vermes nematodes destruens, ita ut post usum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0212-3 DFG

per duas vel tres hebdomades vermes pane putridi cum faecibus ejiciantur.

Dosis: 0,03—0,08 ter quaterve per diem unum. Cave a cibis acidulis. Remedium exactum contra taeniam solium, etiam contra helminthes, lumbricos. Extern. discutiens, resolvens, in unguine 1 : 8—10 adip.

Cuprum oxydulatum.

Cu_2O=142,8—Cu^2O=71,4.

Rp. Cupri sulfurici cryst. *P.* 10
Natro-Kali tartarici *P.* 15
Sacchari *P.* 20.

In patinam porcellaneam immissae calefaciendo solvantur in

Aquae destill. *P.* 120.

Tum admixtis

Natri caustici sicci *P.* 15

coque inter agitationem per horam unam, aquam evaporatione consumptam semper restituendo, donec liquoris color caeruleus evanuerit. Sedimentum rubrum paulo post in filtro collige, primum aqua, postremum Spiritu Vini ablue et sicca. Effic. *P.* 2½.

Cuprum oxydulatum ammoniatum.

Rp. Cupri sulfurici cryst.
Natri hyposulfurosi āā *P.* 1
Aquae destill. *P.* 20.

Solutione peracta, instilla tamdiu

Natrum causticum solut.,

quamdiu inde praecipitatum producitur. Praecipitatum aqua ablutum solve macerando in

Liquoris Ammonii caustici

quantitate sufficiente. Serva in lagena embolo vitreo munita.

Cuprum phosphoricum.

Phosphas cupricus.

$Cu_3(PO_4)_2+3H_2O$=435,2—
$3CuO,PO^5+3HO$=217,6.

Rp. Cupri sulfuric. cryst. *P.* 13.

Solve in

Aquae calidae *P.* 130.

Solutioni filtratae affunde liquorem paratum e

Natri phosphorici officinal. *P.* 33
Aquae destill. *P.* 330.

Sedimentum inde exortum decanthando, eluendo filtrandoque separa et loco tepido sicca. Verminecans uti Cupr. oxyd. nigrum. Externum adstringens.

Cuprum praecipitatum.

Cuprum pulveratum.

Cu=63,4—Cu=31,7.

Rp. Cupri sulfurici *P.* 2.

Solutis in

Aquae destillatae *P.* 10
Acidi hydrochlorici *P.* 6

immitte

Zincum laminatum.

Sepone per diem unum, tum cuprum praecipitatum collige, primum aqua fervida, postea Spiritu Vini ablue et sicca.

Cuprum sulfocarbolicum.

Sulfocarbolas Cupri s. cupricus.

$Cu(C_6H_5SO_4)_2H_2O$=427,4.

Eodem modo paretur quo Zincum sulfocarbolicum. Loco Zinci sulfurici *P.* 60 adhibendae sunt Cupri sulfurici cryst. *P.* 52 vel q. s.

Usus: Ad injectiones 0,5—1,0 : 100,0 aq. Externum 1,0—3,0 : 100,0 aq.

Cuprum sulfuricum.

Sulfas cupricus.

$CuSO_4+5H_2O$=249,5—
CuO,SO^3+5HO=124,75.

Rp. Ramentorum Cupri *P.* 16
Acidi sulfurici conc. Anglici *P.* 27
Aquae destillatae *P.* 100.

Immittantur in cucurbitam vitream amplam, in balneo arenae calefacto collocatam. Infundibulo cucurbitae imposito, paulatim affunde

Acidi nitrici puri, pd. sp. 1,18, *P.* 36
(vel Acidi nitr., pd. sp. 1,2, *P.* 32).

Quo facto liquor per horae quadrantem ebulliat, infundibulo dempto, dein, si opus fuerit, adhuc fervidus filtratus seponendo in crystalla cogatur. Crystalla de lixivio, quod evaporando seponendoque ad crystallisationem iteratam redigatur, dempta calore non adhibito desiccentur. Eff. circiter *P.* 58.

Dosis: 0,02—0,03—0,05 (nervinum). *Dos.* vomitum excitans 0,3—0,5—1,0 (in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0213-9

dosi refracta). *Dosis* maxima vomitum excitans 1,0!! (Infantibus dentur 0,05 —0,2). Ad aquam ligamentoriam, injectiones: 0,5—1,0 : 100,0, ad inject. in urethram: 0,2—0,5 : 100,0 aq., ad collyria: 0,15—0,3 : 100,0 aq., in unguine: 1,0 : 30,0—40,0 adip. Ad pulverem inspersorium in laryngem: 1,0 : 5,0—10,0 sacchari.

Cuprum sulfuricum ammoniatum.

Sulfas cuprico-ammonicus. Ammonium cuprico-sulfuricum.

$SO_4 \cdot Cu \cdot (NH_3)_4 + H_2O = 245{,}4$—$CuO, 2NH_3, HO = 122{,}7$.

Rp. Cupri sulfurici puri *P.* 1.
Contritam solve agitando in
Liquori Ammonii caust. *P.* 3.
Liquori per chartam bibulam filtrato affunde
Spiritus V. rectfss. *P.* 6
et agita. Praecipitatum crystallinum inde natum ope filtri separa et premendo inter chartam bibulam, calorem evitando, quam celerrime desicca. Serva in lagenis obturatis, a luce remotis.

Dosis: 0,02—0,05—0,08 (epilepsia, chorea); *Dos. maxima* 0,1, pro die 0,4!! Contra ophthalmiam chronicam 0,5: 100,0—200,0 aq.

Cuprum sulfuricum in bacillis.

Rp. Cupri sulfurici cryst. *P.* 5
Boracis *P.* 1.
Conterendo in pulverem subtiliorem redactis insperge
Aquae destillatae q. s.,
ut fiat contundendo massa depsiticia, ex qua bacilla formentur, loco tepido siccanda.

Bacilla cuprica caustica
(*Lioveti*).
Crayons escharotiques.

Rp. Aluminis cryst. contusi *P.* 1, Cupri sulfurici recens pulv. *P.* 2. Liquatae in modulum effundantur, ut fiant bacilla circiter ad centimetrum dimidium crassa.

Bacilla Vitrioli cuprici.
Kupfervitriolbeizstifte. Crayons caustiques au sulfate de cuivre.

Rp. Cupri sulfurici pulv. 10,0
Aluminis
Kali nitrici $\widehat{aa}$ 5,0.
Mixta in catinum porcellaneum ingere et calore modico confusa in modulum canaliculatum, talco Veneto conspersum infunde. Escharoticum vel causticum ad usum externum.

Crayons caustiques au sulfate de cuivre. Aetzstifte.

Rp. Cupri sulfurici pulv. 75,0
Tragacanth. pulv. 1,0
Aquae 10,0.
Misce et forma bacilla 10—15 cm longa et 0,5—1 cm crassa (Ex tempore).

Daturinum

(Daturina)

ex herba Daturae Stramonii secretum compositionem elementariam eandem uti Atropinum praebet atque easdem vires medicinales. Daturinum et Atropinum perfecte congruunt.

Decocta.

Decocta medicamentosa.

Si medicus ad parationem decocti quantitatem medicaminis non definivit, in genere e parte una substantiae partes decem colaturae efficiantur.

Quantitas medicaminis viribus efficacioribus, imprimis narcoticis praediti, cujus dosis maxima definita est, semper a medico praescribenda est.

Decoctum Aloës compositum.

Compound Decoction of Aloes.

Rp. Extracti Aloës 15,0
Myrrhae
Croci
Kali carbonici $\widehat{aa}$ 7,5
Extracti Liquiritiae 60,0
Tincturae Cardamomi comp. 440,0
Aquae destill. q. s.
ut pondus decocti perfecti grammata 1500,0 expleat. Paratio hoc modo perficiatur:

Extractum Aloës et Myrrha grosso modo pulverata, mixta cum Kali carbonico atque Extracto Liquiritiae superinfundantur Aquae destillatae *Gm.* 600 et lebete operto coquantur. Post minutas horae quinque ebullitionis ad-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169724-p0214-5 DFG